

*aut h. ingressi. verbo sua. cap. 13. num. 17. C. de sacrosanct. Ecclesiis.*

34 Posterior difficultas est, an monasterium, vel Ecclesia teneantur depositum apud ipsa relecta, quando culpa eorum perierit, eo modo, quo alij depositarii, quorum culpa periret, tenerentur? Quidam dicunt non teneri: & hoc est privilegium Ecclesie, nisi quia pretio accepto depositum accepit, vel aliud lucrum inde reportavit. Ita docent Innoc. c. 1. n. 1. de depositis. & ibi Hostiens. n. 3. Ioan. And. n. 9. Abbas n. 10. Henric. n. 1. additque Abbas, saltem hoc esse verum, cum gratia restitutionis faciende esset opus res immobiles, aut pretiosas mobiles Ecclesie distrahere, ex contractu hoc non inuito in Ecclesie utilitatem adversus textum c. sine exceptione. 12. q. 2.

35 Ceterum dicendum est teneri non secus atque alios depositarios: tum quia nullibi id Ecclesie privilegium reperitur, tum etiam, quia hoc aperte colligitur a contrario sensu, ex c. de deposito, quatenus textus ille ponderat ne Ecclesia depositum teneatur, non ipsi, sed singulas personas id commendandum esse. Atque ita docent Glossa eo. cap. 1. verbo persona, & ibi Anton. n. 5. & 13. Imola num. 5. & 16. Card. n. 2. num. 3, & num. 7. q. 7. lex regia 7. tit. 3. p. 5. & ibi Gregor. Lopez verbo bien assi. Qui rationi Abbatis respondet, eo ipso quod per Ecclesiam recipi permittit, censetur quoque permittere distrahi bonam illius ad depositum restituendum.

36 Nec possunt Ecclesia, vel monasterium iniuri beneficio restitutionis in integrum, quando dolo in re deposita delinqueant: quia Ecclesia equiparatur minori. c. 1. de restitut. in integrum. At minor non restituitur quando praecessit dolo, vt late probat multis allegatis Sfortias Oddo de restitutione in integrum p. 2. q. 8. tit. 1. o. art. 2. Atque ita docet Ioan. And. c. 1. n. 1. de deposito, & ibi Imol. n. 6. & ibi Card. n. 2. num. 1. Gregor. Lopez n. praecedenti allegatus. Quod si solum esset in lata culpa, dicant Ioan. And. & Card. ibi adhuc non competere sibi restitutionis beneficium: quod lata culpa equiparetur dolo. l. quod Nerva. ff. de positi. At contrarium tenet Imola utroque loco citato, quia minor, cui Ecclesia equiparatur, restitutionis beneficium gaudeat adversus latam culpam, quae dolum praesumptum tantum inducit, vt late probat Sfortias Oddo d. q. 8. ar. 4. de qua re vide Caldas lsi curatore, verbo vel adversarii dolo. n. 62. & 63. C. de in integrum restitut.

37 Quod si querat, quando censetur depositum factum Ecclesie, vel monasterio, & Capituli, aut ipsi praesentibus, nec consentientibus, cum possint contradicere; quia hi repraesentant Ecclesiam. Sic colligitur ex textu c. 1. de deposito, & tenent ibi Glossa verbo persona, & ibi Card. num. 7. q. 9. Anchar. sine. Abbas n. 10. lex regia 7. & ibi Gregor. Lopez verbo perlato. tit. 3. p. 3. Atque idem est dicendum, si Abbas, & Capitulum aliquem deputatum ad recipienda deposita, & apud illum depositum esset: secus si ad specialia deposita, & ille limites suae potestatis transgrediens, alia recepisset. Et ita docent Cardinalis, Ancharanus, Abbas, Gregorius Lopez ibidem.

S Y M M A R I V M.

An religiosus possit esse fideiussor? num. 38.  
Quid de Praelato regulari? num. 39.  
An valeat fideiussio? referunt quaedam sententia. num. 40.  
Sententia auctor. num. 41.  
An religiosus cum licentia existens in studio, possit fideiubere, vel peculium causa studij sibi concessum fideiussione illa obligare? num. 42.

38 Quartum interdicitur religiosus fideiubere, nisi de licentia Praelati, & maioris partis Capituli, vt expresse habetur apenultimo de fideiuss. & l. regia 2. tit. 12. p. 5. exigitur quoque utilitas monasterij, iuxta c. 2. de postulatu. vt bene

docet Host. eo. c. penult. n. 2. At in religione, in qua Capitulum non congregatur vt in Societate Iesv, satis est facultas eius superioris, qui iuxta statuta, & eius privilegia potest eam concedere, vt bene docet Molina tomo 2. de iust. disp. 540. col. 1. q. 4. vers. religiosus vero.

Quare nec Praelatus monasterij id poterit abique consensu maioris partis Capituli, cum nec ipse abique eo consensu facultatem fideiubendi concedere possit. Et ita docent Syluest. verbo fideiussor. q. 4. & ibi Angel. n. 7. Armil. n. 4. Tabiena q. 3. n. 4. Leonard. lib. 2. de iustitia. c. 28. dubio 2. n. 20. Quod bene ait Syluest. intelligendum de assensu explicito, vel implicito, vt in re modica, de qua potest Abbas disponere ex tacito Capituli consensu. Atque idem est dicendum, vbi superior non indiget consensu Capituli ad eam licentiam dandam, iuxta dicta n. praeced. Sicut enim superior ille potest eam licentiam concedere abique consensu Capituli; ita potest quoque ipse fideiubere, id utilitatem monasterij poscente, iuxta dicta n. praecedenti.

Sed controuersia est, an si de facto fideiubeat religio- sus abique praedicta licentia, sit irrita fideiussio: Quidam censent eam validam fore, & faciendam executionem in peculio talis monachi; quia clericis similiter interdicitur fideiussio, si tamen fideiubeant, tenentur, vt constat ex c. 1. & 2. de fideiussor. & ita docent Faber in iust. quod cum eo. §. qua diximus. n. 2. & ibi Angel. §. ceterum. n. 1. Aucterius in decisione capelle Tholosana 34. n. 3.

Sed dicendum est, fideiussionem esse irritam, quia diuersum est in clericis, quibus solum prohibetur pro laicis fideiubere, quod id statum eorum de decet. At religiosus interdicitur quaecumque fideiussio abique praedicta licentia, eo quod proprium non habeant, quod alteri obligent. Atque ita, cum obligent abique legitima licentia, irritum quod faciunt: hinc si abique legitima licentia aliquid donarent, vel alio modo disponerent. Et ita docere videtur Hostiensis c. penult. num. 2. de fideiuss. dum ait religiosum abique licentia fideiubentem non obligari: & tenent Ioan. And. c. 2. n. 6. ne clericis, vel monachi, in 6. & ibi Archid. n. 6. Dominicus ibi. in principio. num. 10. Francus in principio. n. 6. Idem Art. hid. c. cum pastores. 2. q. 7. m. 4. & ibi Bellemera n. 2. Faber §. ac. nec sine iust. de fideiussor. D. Anton. s. p. 1. 24. c. 5. §. sine. Rosella verbo excommunicatio. 1. casu 10. sine. Syluest. verbo excommunic. 9. casu 2. §. sine. Gregor. Lopez l. verbo delos obis. tit. 12. p. 5. Molina tomo 2. de iust. disp. 540. col. 1. q. 4. vers. religiosus vero. Azor tomo 1. iustit. mor. lib. 12. c. 11. q. 2.

Immo quamuis religiosus de superioris licentia existens in studio, possit contractus inire, nequit tamen valide fideiubere, vt docent Glossa c. ex parte. verbo licet, de accusat. Felin. n. 1. c. ex parte. n. 2. de accusat. Ioan. And. Archid. eo. c. 2. n. 6. Dominicus, Francus, D. Anton Rosellanus. praeced. allegati, Surdus de alimentis. tit. 8. privileg. 97. n. 1. Quia solum potest contrahere, & obligare monasterium in iis, quibus ad necessarias studij expensas indiget, vt suo loco dicemus, inter quae fideiussio non computatur. Quare bene ait Abbas c. penult. n. 3. de fideiuss. nec tunc obligare fideiussione illa peculium causa studij sibi concessum. Quippe ea fideiussio est extra studij causam; & addo, quia etiam fideiussio non valet.

S Y M M A R I V M.

An religiosus possit ad gradum doctoratus promoveri? Referunt quaedam sententia. num. 43.  
Potest promoveri in Theologia, vel iure canonico. numero 44.  
Quid in iure ciuili, & medicina? num. 45.  
An existens de licentia superioris in studio, possit abique alia licentia ad doctoratum promoveri, & teneatur monasterium ad expensas? num. 46.  
Quid de Franciscanis? num. 47.  
Quid de religiosis Societatis Iesv? num. 48.

An valeat gradus a religio susceptus absque superioris licentia? num. 49.

43 Tandem agendum est de gradu doctoratus, an interdum sit religiosus ad eum promoveri. Rebuffus praesens beneficiorum, titulo de dispensatione cum regularibus. numero 27. ait, nullum doctoratum gradum in Theologia, vel iure canonico tribui debere religiosis: atque in iure ciuili, vel medicina eorum esse nequaquam posse religiosum ad gradum doctoratus promoveri, quia ipsis interdicitur iuri ciuili, aut medicinae studere c. non magnopere. & c. super specula, ne clericis, vel monachi. Ergo & doctoratus gradum in illis accipere. Immo Ioan. And. regula cum quid prohibetur. 39. de regulis iuris, in 6. numero 14. vers. circa solutionem quaestiones, dubitat an concessio privilegio a Papa religiosus, vt audiant ius ciuile, possint ad doctoratus gradum in eo promoveri; & ante factum dicit ab ea promotione abstinendum.

44 Prima conclusio sit. Abique dubio dicendum est, posse religiosus ex superioris licentia ad doctoratus gradum promoveri in Theologia, & iure canonico. Ratio est, quia nullibi interdicitur eius gradus assumptio, neque harum facultatum studium. Atque ita docent Calder. consil. 2. de magistr. Felinus cap. cum dilecta. numero 19. de rescriptis. Caietanus 2. 2. quaestione 186. art. 7. ad 4. sine. Archidiaconus c. monachus el. 1. part. 16. quaestione 1. num. 1. Guillelmus Benedictus cap. Raynurus. verbo de uxore nominis Adelsia in principio. num. 213. Syluester verbo Doctor. quaestione 6. numero 7. Tabiena verbo magistr. quaestione 2. numero 3. & ibi Armilla numero 4. Nauarrus comment. 2. de regul. n. 2. vers. dico. Salzedo in pract. can. Bernard. Diaz. c. 59. §. penult. Manuel qq. reg. tom. 2. q. 74. art. 1. Secunda conclusio. Religiosus, qui iuri ciuili operam dederat, potest ex sui superioris licentia promoveri ad doctoratum in iure ciuili. Ratio est, quia c. non magnopere. & c. super specula ne clericis, vel monachi, sola auditio iuris ciuili, aut medicinae exouendo claustrum interdicitur. At longè diuersum est promoveri ad gradum in his facultatibus, quas religiosus in saeculo didicerat. Atque ita docent Calder. Felin. Nauarrus, Salzedo, Manuel n. praecedenti allegati. Immo si in religione ipsa huic facultati operam dedit, etiam de claustro exiens, quamuis peccarit, poterit tamen ex superioris licentia ad gradum doctoratus in illa promoveri: quia hoc posterius nullibi prohibitum est, nec peccatum praecedens studij huic facultatis reddit religiosum ineptum doctoratum. Atque idem censet de promotione ad doctoratum in medicina, quia nullibi est prohibitum, sed sola auditio.

45 Tertia conclusio. Religiosus missus a superiori ad literas addiscendas, censetur quoque licentiam habere, vt ad doctoratus gradum promoveatur, ac proinde expensas in eius gradu consumptas tenetur monasterium soluere. Atque ita docent Felinus latus probans c. cum dilecta. n. 18. & 19. de rescriptis, & c. ex parte. n. 3. de accusat. Nauarr. comment. 2. de regul. num. 2. vers. 3. dico. Surdus de alimentis. tit. 8. privileg. 97. m. 4. & 5. quod benelimitat Felin. eo. c. ex parte. n. 3. de expensis necessariis non sumptuosis.

46 Quarta conclusio. Fratres Franciscani possunt etiam ad gradum doctoratus promoveri, dummodo cursus per constitutiones Apostolicas, & sui ordinis instituta decretos perfererint, & idonei existant, & in vniuersitatibus ab ipso ordinis per generalia Capitula specialiter electis. Sic enim statuit Martinus V. vt refert Manuel qq. regular. tomo 2. q. 84. art. 2.

47 Religiosus Societatis Iesv non possunt ad gradum Philosophiae, vel Theologiae promoveri sine Praepositi Generalis facultate: habetur in constit. p. 4. c. 6. §. 10. & 17. & c. 5. §. 3. & regul. 62. officij Provincialis.

48 Tandem difficultas est, an valeat gradus doctoratus, vel alius receptus a religiosis abique superioris licentia? Breuiter responderet, & bene Manuel qq. regular. tomo 2. q. 74. art. 3. si religiosus sint ordinis Praedicatorum

reformatorum, seu de obseruantia prouincia, aut congregationis Hispaniae, & praesumant assumere quemcumque gradum in sacra Theologia, nisi ad illum per Capitulum dicte congregationis expositi fuerint, erit irritum quod faciunt: sic enim statuit Innoc. VIII. cuius decretum ibi refert. Vnde bene inserti ibi Manuel, hanc penam non extendi ad reliquos fratres non reformatos, neque ad reliquos religiosos, immo neque ad reformatos, qui non ex praesumptione, sed ex ignorantia, vel obliuione ad eos gradus promoti sunt; quia decretum illud praesumptionem requirit. Immo addo non incurtere, quamuis ignorantia esset mortaliter culpabilis, & quarcumque crassa, dummodo non esse ingens temeritas: quia huiusmodi ignorantia, quae non ingentem temeritatem claudit, excusat a pena praesumentibus imposta, vt late probauit lib. 9. de matrimonio. disp. 32. n. 38. & 39.

C A P V T X V.

De clausura monialibus indicta quoad egressum de monasterijs.

S Y M M A R I V M.

Quot quaestiones disputanda sint? num. 1.  
Proposuntur textus, & motus proprii clausurae monialibus indicientes. num. 2.  
An sit solo iure humano indicta? num. 3.  
An contraria consuetudine possit huic clausurae praecipio derogari? num. 4.  
Qualiter monialibus strictior clausura indici potuit. num. 5.  
Qui sint limites, intra quos clausura monialium continetur, & an illis integrum sit Ecclesiam, & usque ad portam exterioriorem, dum clausa sunt, egredi? num. 6.  
An clausuram violenti supra teius regulas ascendunt? n. 7.  
Quid intelligat Pius V. in motu proprio pro monasterijs, sine domo: & que sit natura dictianis, seu, & sine. num. 8.  
An clausuram violenti monialibus egrediens domo priuata, intra quam est inclusa, vel transiens ad domum monasterio contiguam? n. 9.

D V P L E X iure indicitur regularibus clausura: prior quoad egressum de suis monasterijs: posterior quoad ingressum extraneorum intra illa. Diuersa autem quoad utrumque indicitur monialibus, & viris religiosus, de quibus seorsum agendum est. In praesenti ergo cap. tractandum est de clausura monialibus iure indicta quoad egressum de suis monasterijs: estque quintuplex disputanda quaestio. Prima est. Qualis clausura, & quo iure monialibus indicta sit: & qualiter strictiori indici poterit. Secunda. Quae moniales illa ligentur. Tertia. Cuius sit eas ad hanc clausuram cogere, & licentiam egressus legitima causa. Vltima. Quo censetur latae sint contra moniales clausuram hanc non seruantes, vel eis fauentes.

Prima est. Qualis clausura eo iure monialibus indicta sit, & qualiter strictiori ea ad quam ex vi suae regulae, aut voti tenebantur, indici poterit. Praemitendum est, clausuram monialibus, eo quod collapsa erat, non abique graui carum honestatis dispendio, indictam strictissimo praecipio esse a Bonifacio VIII. c. periculo. in princip. de statu regularium, in 6. his verbis: Praesenti consuetudine perpetuo irregulariter vultur a sanctissimis, vniuersas, & singulas moniales praesentes, atque futuras, cuiuscumque religionis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasterijs debere de cetero permanere clausurae: ita quod nulli earum tacite, vel expresse praesente sint, vel esse valeant, quascumque ratione, vel causa, nisi forte tunc, & tali modo euidenter ea laborare constiterit, quod non possit cum aliis absque graui periculo seu scandalo commorari: monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur. Sed quia constitutio haec in aliquibus locis recepta non erat, in aliis vero in desuetudinem abiit, Tridentinum



sess. 25. de regularibus. c. 5. rigidissimis verbis hanc consuetudinem innovauit, eam inuolabiliter seruari in posterum precipiens: & idemmet Tridentinum eadem sess. de regularibus. c. 22. præcipit omnia contenta in ea sessione seruari non obstantibus quibuscumque statutis, & privilegiis quacumque firmitate munitis, & quibuscumque præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; vnum autem ex contentis in ea sessione. c. 5. est hæc clausura. Et postea Pius V. in quodam motu proprio incipiente; Circa pastoralis officij, edito anno 1566. quarto Kalendas Iunii innovauit, ac districtè obseruari præcepit prædictam Bonifacij VIII. consuetudinem, & decretum Tridentini, explicans amplius, quæ moniales hæc clausura teneantur. Atque idem Pontifex anno 1569. Kalendis Februarij alium edidit motum proprium, qui incipit; Decori, & honestati, quo rigidius eandem clausuram præcepit, explicans iustas concedendæ licentiæ ad egressum causas, variisque penis afficiens moniales clausuram violantes, atque illis auxilium aliquod impertientes. Et tandem Gregor. XIII. anno 1572. tertio Kalendas Ianuarij motu proprio, qui incipit; Deo sacris virginibus, eandem clausuram confirmauit, explicans quæ loca sub illa claudantur: quæ omnia toto hoc capite explicabuntur.

Circa quam prohibitionem primò dubietur, an clausura hæc solo iure humano monialibus indicta sit, an potius iure naturali, & diuino. Quidam, quos tacito nomine refert Azor sitim allegandus, asserunt eandem clausuram iure naturali, & diuino in dici. Dacitur, quod Bonifacius VIII. dicto cap. periculo, dicit, ideo se clausuram præcipere, quod exiit è monasterio sit monialibus periculosus, & noxius. Et Pius V. in motu proprio incipienti; Decori, & honestati, ait esse scandalis, & periculis plenum. Atque Tridentinum dicto c. 22. & Pius V. motu proprio incipienti; Circa pastoralis, derogantur contrarie consuetudini, etiam temporis immemorialis: quæ omnia locum non habent, nisi hæc prohibitio iuris naturalis, aut diuini esset; quippe solo iure humano prohibita non sunt mala ante eam prohibitionem, atque aduersus illa consuetudo vires obtinet. Cæterum abique dubio dicendum est, eam prohibitionem solius humani iuris esse: nec enim ex facis literis, aut traditione aliqua diuina eiusmodi clausura clarè deduci potest, nec in tribus religionis votis clauditur. Præterea, quia Ephigenia, quam Dignus Marthæus religiosam effecerat, vthabetur in eius historia, & aliquot alie moniales tempore Apostolorum clausuram non seruabant: immo nec tempore Dini Augustini seruabatur, vt colligitur ex eius epistola 109. vbi monialibus fux sorori subiectis, regulam præscribens, tantam egrediendi facultatem ad balnea, & ad alias res necessarias concedit, quantam canonicis regularibus in sua regula. Nec obstant contraria, quia ij textus minimè decernunt exitum è monasteriis fuisse ante iuris humani prohibitionem illicitum; sed per illud iure optimo interdici, ad pericula contra castitatem, & scandala, quæ inde confurgere poterant, præcauenda: nec decreuere id præceptum contraria consuetudine in posterum inducenda abolere non posse, sed solam iam inductam abrogant. Et ideo huius sententiæ sunt Nauarrus comment. 4. n. 39. vers. 1. 4. & n. 42. vers. quibus tamen de regularibus. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 13. c. 8. quest. 2. Manuel qq. regular. tomo 1. quest. 4. art. 1. initio. Llamas metodo curationis, in appendice, quam in fine ponit, §. 1. Vega 2. tom. summa. cap. 86. casu 19.

Hinc deducitur, posse alicubi consuetudine esse derogatum his omnibus decretis clausuram indendentibus, quia possunt non esse recepta, aut contraria consuetudine abolita; quippe cum solius iuris humani clausura hæc sit, potest contraria consuetudo præualere. Sic Azor eodem c. 8. quest. 1. vers. ex his planè, & vers. Item querebatur. Quare minus bene Llamas metodo curationis, in appendice, quam ponit ad finem, in §. 2. fine, dicit contra

hanc clausuram non potuisse consuetudinem, aut statuta religionis vim habere vlllo tempore, quia etiam ante iuris humani statuta vim habuisset clausura; quia tacite clauditur in tota tanquam necessaria ad castitatis promissæ obseruantiam. Sed si hoc argumentum vim haberet, falsum esset, quod diximus esse de solo iure humano, quod tamen non est, sed verissimum: quoniam enim tacite sub obedientia voto clauditur quidquid secundum regulas præcipit superior; at quod iuxta illas præcipit superior, est merum ius humanum, & ita consuetudo potest præualere contra illud: sicut iure diuino tenemur obedire Pontifici; at præcepta illius solo iure humano obligant, postquam consuetudine aboleat.

Secundò dubietur, qualiter monialibus strictior iure Pontificio clausura indici poterit ea, ad quam ex vi iuræ professionis, aut regulæ tenebantur: cum constantissimum sit, religiosum nihil excedens suæ professionis, aut regulæ limites iuberi posse. Sed de hac re diximus supra in hoc lib. c. 2. n. 42.

Tertia difficultas est, qui sint limites, intra quos clausura monialium continetur, quòque prætergrediendo clausuram violent. Hanc rem explicuit Greg. XIII. in quodam motu proprio edito anno 1572. 3. Kalendas Ianuarij, qui incipit; Deo sacris virginibus, vbi sic ait. Declaramus præterea, nullis monialibus, etiam terciariis, licere habere ostium, per quod ex monasterio interiori introiri possit ipsarum monialium Ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad Missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obturandum. Nec eisdem licere monialibus, etiam terciariis, egredi à sanis monasterij que est pro clausura monasterij ipsius, nisi ad claudendum aliam vltiorem ianuam, qua patere solet aditus secularibus venientibus vel ad votum, vel ad orates, seu loca colloquij destinata, qua vulgò parloria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cum saltem pro causis prædictis patere solent secularibus, extra clausuram extendi debent, etiam quo tempore clausa sint. Ex quo deducitur, locum clausuræ esse eum, qui ianuam clausa continetur, ad quam secularibus non patet accessus. Atque ita si locus eiusmodi sit, in quem seculares admittuntur, est extra monialium clausuram, illique exeundo eam violent, vt constat ex dicto motu proprio.

Hinc deducitur primò, moniales ascendentes supra tertiæ regulas, si intra eam partem, quæ monasterium respicit, atque ad ipsum pertinet, continentur, minimè violare clausuram; secus si eam prætergressæ ad alienam tecti partem transeant: quia cum prior pars ad monasterium pertineat, est intra clausuram, secus de posteriori, quæ alterius domus pars est.

Secundò deducitur intellectus ad motum proprium Pij V. qui incipit; Circa pastoralis, vbi bis repetit, ne moniales monasteriis, seu domibus propriis egrediantur, vbi sub clausuræ limitibus non sola monasterij loca ostio principali inclusa comprehendere videntur, sed alias quoque monasterij domos. Atque in eodem motu proprio, & domos pro eodem vsurpare, nisi propria dictionis illius, seu, sicut & dictionis, sine, significatio est, non sensum, sed sola verba disingunt, relite Abbate communitate recepto, cetera cetera. non. 4. de re scriptis. Sic Nauarrus commentario 4. num. 44. notab. 4. de regularibus. & lib. 3. conf. in 2. editione. tit. de regularibus. 66. n. vltimo. Manuel quest. regular. tom. 1. quest. 4. art. 3. colum. 2. vers. obserua præterea.

Quare monialis siue iustè, siue iniustè è monasterio egressa, & intra domum aliam piuatam inclusa, non violent clausuram domo hæc egrediens, quod domus hæc non sit monasterium. Sic Naur. eodem comment. 4. n. 44. notab. 4. Immo nec intra clausuram comprehenduntur domus contigua monasterij, intra quas conuersæ professe destinatæ elemosynis colligendis esse debent, vt dicemus num. 15. Quia hæc non sunt monasterium, sed extra illius clausuram, ita vt sub canone interdicente personis secularibus

laribus ingressum in monasteria, non veniant, vt optimè ait Nauarrus eodem commentario 4. n. 56. vers. ex quibus colligo.

S Y M M A R I V M.

An moniales ordinum omnium militarium ligentur hac clausura: n. 10.

Quid de monasteriis, in quibus nunquam ante Tridentinum hæc clausura est seruata? Proponuntur probantia partem negantem. n. 11.

Explicatur sententia auctoris n. 12.

An moniales conuersæ, & terciariæ, siue de penitentiis, teneantur ad clausuram: n. 13.

Quid de mulieribus vouentibus solo voto simplici in congregatione aliquem religiosum viuendi modum: & an possint alique huiusmodi amplius admitti? n. 14.

An oblate, vulgò donadas, teneantur ad clausuram: n. 15.

An nouitæ ad illam teneantur: n. 16.

An professe cum conditione, vt in domo propria maneant, teneantur ad illam: n. 17.

An professe, quæ olim obtulerant privilegium Pontificum existendi in propria domo, teneantur ad clausuram: num. 18.

An omnes moniales teneantur ex voto, an ex solo precepto ecclesiastico ad illam: n. 19.

10 QVÆSTIO secunda. Quæ moniales clausuræ precepto astringantur. Quidam, teste Nauarro statim referendo, dubitarunt, an ligentur hæc clausura moniales professe ordinum militarium Sancti Iacobi, Calatræ, & Alcantaræ. At immeritò id dubium vertunt: quia Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 22. sic ait. Hæc omnia, & singula, in superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcipit in omnibus Cenobijs, ac monasteriis quoruncumque sanctimonialium, etiam illa sub gubernio militarium, etiam Hierosolymitane viciant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula, vel constitutionibus. At vnum ex decretis ea sessione contentis est de monialium clausura. Idem constat ex motu proprio Pij V. qui incipit; Circa pastoralis, ibi. Cuiuscumque ordinis, vel militarium, etiam si Hierosolymitane sint. Quæ dictio, etiam, in vtroque decreto posita significat à fortiori comprehendere, quæ sunt aliarum militarium, & docent Nauarr. comment. 4. num. 44. vers. 5. nota de regular. Manuel quest. reg. tomo 1. quest. 44. art. 2. & 3. Llamas metodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, §. 1. fine.

11 Sed vrgentius dubium est, an clausura hæc ea monasteria astringat in quibus ante Tridentini decretum sess. 25. cap. 5. de regular. hæc clausura nunquam admittitur, aut seruata fuerat. Partem enim negantem probant ea verba illius decreti: vniuersis Episcopis præcipit sancta Synodus, vt in omnibus monasterijs clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, sit enter vbi, & vbi iniuncta est, obseruari maxime procurent. At non dicitur violari, nec restitui, quod nunquam fuit. Præterea, quia Pius V. in extrauag. Circa pastoralis, ita ait; Decernimus vniuersas moniales, si tacite, vel expressè religionem professe sunt. Et eodem profus tenore idem dicitur cap. periculo, in princip. de statu regul. in 6. vbi sola, quæ clausuram profitentur, videntur ad illam teneri.

12 Cæterum abique dubio dicendum est, hæc quoque monasteria teneri hoc clausuræ precepto. Constat ex Trident. sess. 25. de regular. cap. 22. vbi iubetur, in quibuscumque monasterijs seruari omnia decreta illius sessionis, inter quæ vnum est huius clausuræ, etiam à tempore immemorabili sit contraria consuetudo; idque clarius decidit Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; Circa pastoralis, ibi. Etiam si ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nos vniuersim in earum monasterijs, siue domibus, etiam ad immemorabili

tempore ea seruata fuerit. Nec obstat ratio contraria, tum quia mens legis potius quam eius verba spectanda sit, regul. finali, de regulis iuris: quæ quod præcepta sit vniuersis monialibus clausura. Id innovat Tridentinum eo. cap. 5. dicens; vbi id præceptum violatum est, non introducitur clausura, & hoc dicitur clausura violata restituta, id est, instauratur, & reducatur ad clausuram debitam vt illius præcepti. Nec obstant verba motus proprii, & cap. periculo, in contrarium allegata, quia manifestè loquuntur de professis tacite, vel expressè religionem, ad excludendas nouitias, & alias non professas; non autem de professis clausuram illam. Et ita fuit in Nauarrus comment. 4. num. 45. vers. 8. nota de regular. & latè Manuel qq. regular. tomo 1. quest. 44. art. 2. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. quest. 1. vers. ex his planè, & vers. item querebatur. Galatza in opusculo de clausura monialium, in 1. editione.

Tenantur etiam ad clausuram moniales conuersæ, & terciariæ, siue de penitentiis, cuiuscumque ordinis, vel congregationis sint, si vtique vere professe sint. Habetur expressè in eodem motu proprio Pij V. Circa pastoralis, & docent Nauarr. eodem comment. 4. num. 45. Passarellus in compendio privilegiorum Minorum. c. 23. ad finem. Manuel eadem quest. 44. art. 2. Llamas metodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, §. 1. ad finem. Quare iam non est locus sententiæ, quam fuit in ante hunc motum proprium Corduba in annotationibus ad collectorem privilegiorum Mendicantium, verb. clausura monialium, notab. 1. vbi ait, non teneri ad clausuram moniales terciarias D. Francisci, in congregatione viuentes, ac tribus votis solemnibus ligatas, quia regula à Leone X. approbata post cap. periculo, de statu regular. in 6. indulget eis, ne clausuram seruent.

Mulieres autem in congregatione vouentes simplici ter aliquem religiosum viuendi modum, hortandæ sunt, vt solemniter profiteantur, & ex tunc tenebuntur ad clausuram; quod si recusantes voluerint sic in congregatione viuere abique clausura, & professione, non licet eis aliquam in posterum in suam congregationem admittere. Sic expressè decidit in motu proprio Pij V. qui incipit; Circa pastoralis, & tenent Nauarrus comment. 4. num. 45. de regularibus. Manuel quest. regular. tomo 1. quest. 44. art. 3. Subdit autem motus proprius hæc verba. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquis receperit, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quilibet professiones, ac receptiones irritas decernimus, & nullas. Prout etiam præfati decreto irritas facimus, & annullamus. Quod quidem decretum solas has receptiones contra hoc decretum in posterum factas irritat, non autem receptiones, quæ antecesserant.

Similiter oblate (quas vulgò donadas vocant) non tenentur ad clausuram, quod non sint vere moniales, nec professionem emittant, sed vel nullo voto se astringant, aut solis aliquibus simplicibus. Atque ita tradunt Nauarrus lib. 4. consil. in 2. editione. tit. de regular. toto conf. 81. & 82. num. 1. in 2. tit. de statu monachorum, toto conf. 6. & conf. 7. num. 1. Gratias 1. part. decisionum. lib. 4. cap. 23. num. 17. Manuel qq. reg. tom. 1. quest. 44. art. vltimum.

Hinc deducitur, à fortiori nouitias cuiuscumque religionis approbate non teneri ad clausuram, quod omnes textus illam indidentes de solis tacite, vel expressè professis loquantur. Et ita tradunt Nauarr. comment. 4. num. 47. vers. circa quod regularibus. Thomas Zerola in praxi Episcopali in 2. editione. part. 1. verbo moniales, ad 16. questum. dubio 4. Azor tomo 1. instit. moralium. lib. 13. cap. 8. quest. 1. versum querebatur, Galatza opuscula de clausura monialium, in 2. editione.

Immo si hodie licetè aliqua profiteretur eæ lege, vt 17 in domo propria maneret, prout promittitur cap. finali, qui clericis, vel vouentibus, non teneretur ad clausuram, quia textus loquuntur de monialibus in congregatione viuentibus,



uentibus, vt constat ex motu proprio Pij V. Circa pastoralis, ibi. Mulieres quoque, que terrena seu de penitentia dicuntur, cuiuscumque ordinis fuerint, in congregatione viventes, &c. & docent Nauarrus eodem comment. 4. num. 45. vers. nota hic in illis verbis, Graffius 1. part. decisionum. lib. 4. cap. 23. num. 17.

8 Si que tamen moniales professæ obtinuerant olim ante Concilium Tridentinum, & prædictum motum Pij V. privilegium Pontificium existendi intra conuentum in aliquibus locis honestis, id privilegium minime eis suffragatur, quia omnia huiusmodi indulta abolita sunt per Tridentinum, & dictum motum proprium. Quare solæ facultates suffragabuntur post huiusmodi decreta obtentæ cum sufficienti illorum derogatione. Sic Nauarrus eodem comm. 4. num. 53. notab. 2. & 3.

9 Tandè id monuerim, moniales quæ regulæ statuto, aut voto tenentur ad clausuram, illam violando reas fore transgressionis illius regulæ, aut voti, & præcepti ecclesiastici de clausura indicti in textibus allegatis num. 1. Quod si tamen nec regulæ, nec ex voto ad eam teneantur, erunt reæ solius præcepti ecclesiastici. Sic Manuel quas regulæ. como 1. quas. 4. art. 1. in solutione ad primum argum. notabili 3.

S V M M A R I V M.

An Episcopi sit cogere omnes moniales, etiam exemptas, ad clausuram referuntur quædam sententia. n. 20. Sententia auctoris. n. 21.

An possint invocare auxilium brachij secularis, & qualiter peccent, & incurant excommunicationem illud denegantes? num. 22.

An sit præceptum quotannis huius decreti publicandi? n. 23. An Episcopi sit ad exitum monialis licentiam concedere in quibuscumque monasteriis referuntur varia sententia. n. 24. 25. 26. 27.

Explicatur sententia auctoris, & an hanc licentiam concedere possit quicumque religionis Prælatum, & Abbatissat num. 28.

An hac licentia debeat esse in scriptis? n. 29.

An vicarius Episcopi, aut habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, & Capituli sede vacanti, ac ordinum militarium, illam concedere valeant? n. 30.

20 QVÆSTIO tertia. Cuius sit moniales ad hanc clausuram cogere, licentiamque egressus concedere. Circa priorem partem, aniam dubitandi præbet decretum Tridentini sess. 25. de regular. cap. 5. ibi. Bonifacij VIII. constitutionem que incipit, periculoso, renouans sancta Synodus, vniuersis Episcopis sub obsecratione diuini iudicij, interminatione maledictionis aeternæ, præcipit, vt in omnibus monasteriis sibi subiectis ordinariæ, in aliis verò Sedi Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi iniuncta est, conseruari maxime procurent: inobedientes, atque contradiutores per censuras ecclesiasticas, aliisque poenas, quacumque appellatione postposita, compescerent. Vbi clarè ea facultas concedi videtur Episcopis, tam respectu monasteriorum, quam etiam exemptarum, quæ regularibus subiacentur. Et sic sustinet Thomas Zerola in praxi Episcopali. in 2. editione. pari. 1. verbo moniales ad 4. quæstum, & ad 8. quæstum, vers. 4.

21 Cæterum dicendum est, nullam Episcopis facultatem concedi indicendæ clausuræ monialibus exemptis, quæ regularibus subiectæ sunt, sed id esse superiorum regularium. Quare mens Tridentini est, vt Episcopi auctoritate ordinariæ moniales sibi subiectas ad clausuram cogant: auctoritate autem Apostolica moniales, quæ immediatè Sedi Apostolicæ subiectæ sunt, non tamen exemptas ab eis, & subiectas aliis Prælati exemptis aliorum ordinum. Quod quidem apertè probatur ex cap. periculoso, §. vltimo, de statu regularium, in 6. ibi. Pa-

triarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus corum quilibet in ciuitate, ac diocesi propria in monasteriis monialium, sibi ordinariæ iure subiectis suis, in his verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, Sedi Apostolicæ auctoritate: Abbates verò, & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum quorumcumque, in monasteriis huiusmodi sibi subiectis de monialibus includendis quam primum commode poterunt, providere procurent. Cui decreto Tridentinum non derogat, immo se illud reuocare protestatur, atque illud interpretatur. At constituto interpretans est in dubio intelligenda iuxta eam, quam interpretatur, & recipit omnes illius interpretationes: quod quidem procedit, licet nota lex declarans loquatur strictius, vt ex multis probati lib. 7. de matrim. disputat. 46. num. 2. Præterea, quia id etiam ferè expressis verbis dixit Pius V. in suo proprio motu, Circa pastoralis, ibi. Mandantes Patriarchis, &c. quatenus in monasteriis monialium sibi ordinariæ iure subiectis suis, in his verò, quæ ad Romanam immediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedi Apostolicæ auctoritate, vna cum superioribus eorumdem monasteriorum clausuram seruari procurent. Et præterea idem Pius V. in eodè motu proprio addidit; iuxta formam dictæ constitutionis periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & innovatam, quam etiam nos auctoritate præfata approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam distictè obseruari mandamus. & Trident. sess. 25. de regular. cap. 9. non statuit monasteria exempta regularibus subiecta ab Episcopo gubernanda, sed quæ Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecta. Et ideo hanc partem sustinent Nauarrus comment. 4. num. 60. initio, de regularibus. Llamas methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 5. vbi idem dicit de vicario generali Episcopi. Sed de hoc dicemus n. 30.

Quod si opus sit ad cogendas moniales ad hanc clausuram auxilio brachij secularis, id inuocandum est, atque à brachio seculari præstandum: vt constat ex Tridentino sess. 25. de regular. cap. 5. ibi; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quod auxilium vt præbetur, vniuersi Christiani Principes horantur sancta Synodus, & sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda omnibus Magistratibus secularibus iniungit. Ex quo deducitur, Principes absque causa iusta hoc auxilium denegantes, minime peccatores hoc iusto Tridentini decreto atrento, secus de Magistratibus secularibus; quia diuersè de vtriusque loquitur Tridentinum, priores enim solum exhortatur, exhortatio autem non importat præceptum cap. quod præcipitur. 14. quas. 1. posteriores autem grauissimo præcepto sub excommunicationis late poenis id auxilium impendere iubentur. Peccarent autem Principes aduersus aliam legem id auxilium iniuste denegantes, cum ex officio sibi iniuncto ad id impendendum perentibus iuste teneantur, iuxta notata cap. 1. de officio ordinarij, & cap. omnes Principes, de maioritate, & obedientia, & cap. duo, & cap. 1. et ita docent Nauarrus comment. 4. num. 46. vers. ex quibus nota de regularibus.

Quamuis autem videantur teneri Episcopi, & alij locorum ordinarij sub pena peccati lethalis publicari quotannis decretum de clausura monialium, id enim in virtute sanctæ obedientiæ præcipit Pius V. in suo motu proprio, qui incipit, Decore, at temperantijs loquuntur idem Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; Circa pastoralis, & Greg. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; Deo sacris, vbi solam publicationem præcipiunt, non addito, quoties ea faciendæ sit. Atque ideo Nauarrus comment. 4. de regular. num. 54. versum quibus nota, ac videri illum publicandè quotannis rigorem temperari per prædictum notum proprium Gregorij XIII. quod idem sub dubio alletit etiam num. 58. id relinquens Pontificis iudicio. Atque ita credo non exigi hanc quotannis publicationem faciendam, sed sufficere

ere id decretum semel publicatum esse: atque ita vsus recepit.

24 Tandem circa posteriorem partem, nempe, an Episcopi sit iustus exitus monialis à monasterio causas approbare, non modicum dubitandi aniam præbet idem Tridentini decretum sess. 25. de regular. cap. 5. vbi generaliter, & indistinctè tradit causas has ab Episcopo approbandas, his verbis: Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. Atque vrgentijs premit motus proprius Pij V. qui incipit, Decore, & honestati, vbi postquam decidit, nulli monialium licere exitum; nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemici, subbit hæc. Quæ tamen infirmitas, præter alios ordines superiores, quibus cura a monasterio incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarij, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinarij iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit. Quidam Doctores oboluto tradunt, licentiam hanc, & approbationem pertinere ad Episcopum in monasteriis sibi, aut Sedi Apostolicæ subiectis: at ad solos superiores regulares in monasteriis exemptis, quæ regularibus subduntur, sicut diximus de clausura indicenda num. 21. Et sic intelligit prædictum Tridentini decretum Nauarrus lib. 3. consilij. 1. editione. tit. de regularibus. cons. 48. num. 6. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 5. num. 6. Graffius 1. part. decis. lib. 4. cap. 23. nu. 6. Llamas methodo curationis, in appendice, quam in fine ponit, §. 5. Alij tamen non meminerit huius motus proprii Pij V. præter Llamas citatum, qui dicit eodem modo intelligi.

25 Alij censent, extra casus numeratos à Pio V. in eo motu proprio vtem esse prædictam sententiam: at in illis tribus casibus desiderat coniunctam licentiam Episcopi, & superioris monasterij in monasteriis exemptis, quæ regularibus subduntur; quia expressis verbis vtriusque superioris licentiam sit motus proprius petit. Sic tenet Confedus de privilegij ordinum mendicantium. tit. 20. cap. 4. & loquens de illis tribus casibus tradit Capuccinus in annotationibus ad compendium privilegiorum Mendicantium, verbo clausura monialium, ad finem.

26 Alij abolatè tradunt, in his monasteriis, quæ subduntur regularibus, exigi Episcopi, & superiorum licentiam. Sic Nauarrus comment. 4. num. 60. vers. 3. quas. dubitari de regul. & moralium. lib. 13. cap. 8. quas. 1. versum quærebatur, & Thomas Zerola in praxi Episcopali, parte 2. verbo moniales, dubio 8. testatur, se ita vidisse in praxi recipi.

27 Tandem Manuel quas regulæ. como 1. quas. 49. art. 6. dicit absque aliquo confectio scriptulo integrum esse monialibus, quæ regularibus subduntur, ex monasteriis egredi absque licentia, aut approbatione Episcopi, ex sui Generalis, aut Prouincialis regularis licentia: duplicemque prædictis motus proprii Pij V. verbis solutionem adhibet. Prior est, in Hispania non esse in usu, & ideo per non vium vires vniuersi amississe. Posterior est, cum intelligi de monasteriis monialium, quæ non solum subduntur Generalibus, & Prouincialibus habetibus iurisdictionem quasi Episcopalem, sed etiam subduntur Prioribus conuentualibus tali iurisdictione quasi Episcopali carentibus: nam in talibus non sufficit superioris immediati licentia ad monialis exitum, sed requiritur licentia, & approbatio Generalis, aut Prouincialis: quippe ij quoad iurisdictionem sunt Episcopi monialium sibi subiectarum.

28 Cæterum vt meam explicem sententiam, displicet omnino differentia tradita à Confedus, quam n. 25. allegauimus inter causas assignatas in eo motu proprio Pij V. ad licitum monialis exitum, & alias, quæ à Doctoribus traduntur, vt in illis desideretur etiam Episcopi licentia, in his autem minime, sed solius superioris regularis. Displicet inquam quia Pius V. in eo motu

proprio omnes alias causas, præter tres ibi enumeratas, exclusit decidens ob illas non licere exitum: quod si alias admittimus, (vt reuera admittimus) id contingit ex quadam illarum extensione, ob rationis similitudinem cum illis, vt explicabimus num. 37. & sequentibus. At quis non videat à ratione profus alienum esse, existimare Pontificem voluisse in causis à se approbatis tanquam iustus egressus, & proinde omnino ceteris licentiam Episcopi, & superioris religionis, in monasteriis, quæ subduntur regularibus: at sola superioris regularis licentia contentum esse in causis, quæ à Doctoribus per extensionem quadam, & similitudinem tanquam iuste approbantur, ac proinde in causis, quæ esse sufficientes non est certum, sed sub iudice? Nec etiam placet posterior solutio traditam, præcedenti ad motum proprium Pij V. quia à Pontificis mente est profus alienum in eo motu proprio intelligere nomine Episcopi, aut ordinarij in monasteriis, quæ subduntur regularibus, eorum Generales, aut Prouinciales iurisdictione quasi Episcopali fungentes. Quod constat ex illis verbis: præter alios ordines superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarij, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinarij iurisdictione exempta esse reperiantur. Vbi pondero illa verba, præter alios ordines superiores, vbi omnes superiores, & non solum immediatos includit; & ea, per Episcopum, seu alium loci ordinarij. At superiores regulares minimi loci ordinarij appellantur. Præterea, quia si ea expositio esset vera, exigeretur quoque in his monasteriis præter licentiam Prouincialis, aut Generalis, licentia superioris localis monasterij, cum motus proprius exigat licentiam Episcopi, & superioris monasterij, quod tamen ipse Manuel, qui eam expositionem tradidit, negat. Quare amplectenda est prior solutio, vt sit motus proprius non obliget quoad hoc in Hispania tanquam vlti non receptus: & ideo sufficit in his monasteriis sola Prouincialis, aut Generalis licentia. Atque eum non esse quoad hoc in vsu, docet etiam Llamas n. 9. appendicis in methodo curationis, in fin. Nec video cur ad solos Prouinciales, aut Generales hanc licentiam concedere spectet, nisi constitutionibus religionis aliter cautum sit: quia ratio, quam Manuel adducit, nimirum, quia hi habent iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos, id non probat. Quia etiam Prælatos immediatos, siue conuentuales ea gaudere probati lib. 8. de matrim. disputat. 3. num. 9. At Abbatissæ, vt pote quæ simili strictè clausuræ præcepto tenentur, non possent eam concedere, vt bene ait Manuel op. reg. como 1. quas. 46. art. 2. idque amplius conlabit ex dicendis c. sequenti. n. 21.

Atque quamuis atrento Tridentini decreto sess. 25. de regular. cap. 5. dubitari meritò poterat, an licentia egrediendæ à monasteriis concessa monialibus, esset necessariò in scriptis concedenda; quod Tridentinum ibi ad ingressum in monialium monasteria decernat licentiam debere esse in scriptis: & quamuis loquens de licentia ad egressum non meminerit huius conditionis, vrgentiore tamen ratio persuadere videtur esse quoque necessarium ad exitum, cum longe grauius sit moniale egredi à monasterio, quam personam secularem in illud ingredi. Sed difficultatem hanc sustulit Pius V. in eo motu proprio, qui incipit; Decore, & honestati, vbi hanc quoque exitus licentiam in scriptis exigit. Quod bene animaduertit Nauarrus comment. 4. num. 60. vers. 2. restitudo de regular. Quod si quis contendat hoc solum habere locum in causis exitus expressis in eo motu proprio, hanc differentiam reprobauius non præcedent. Vtrum autem ita requiratur hæc conditio, vt nisi licentia sit in scriptis, aut verbo tenus obtenta, sit mortalis egressus, ac censuris subiectus, dicemus cap. sequenti à num. 29. vsque ad 37. vbi & alia ad hanc licentiam in scriptis concedendam tangemus.

Tandem



Tandem dubitari potest, an vicarius generalis Episcopi possit absque speciali Episcopi commisionem hanc egressus monialis à monasterio licentiam concedere. Pars negans videtur funderi: quia Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. dicit eam licentiam ab Episcopo approbandam. At credo, nomine Episcopi, vicarium quodamque eius generalem, non verò foraneum comprehendendi, que illi Episcopus hanc abtulerit facultatem eam sibi referuando, aut nisi huic illam commiserit. Ducor primò, quia motus proprius Pij V. incipiens; *Decori, & honestati*, explicuit Episcopum, aut alium loci ordinarium. At vicarius generalis Episcopi est ordinarius, & nomine ordinarij in omnibus decretis comprehenditur. Quod utrumque aliter se habet in vicario foraneo, vt probauimus lib. 3. de marim. disputat. 29. num. 35. & 10. Item, quia quoties in Tridentino mentio fit Episcopi, & est res non aliena ab eius vicario generali, hic nomine Episcopi comprehenditur, vt late probauimus eadem disputat. 29. num. 16. Demum, quia hic vicarius vnus, & eandem iurisdictionem habet cum Episcopo, & ita monasteria monialium ipsi subduntur, ac Episcopo, vt optime docet Nauarr. lib. 3. consil. 1. editio. num. 2. & in proprijs terminis hanc partem sustinet Llamas methodo curationis, in appendice, quam in fine ponit, in §. 5. vbi idem dicit de monialibus subiectis immediate Pontifici. At hoc non credo, quia id committitur Episcopo autoritate delegata, & vicarius nil potest in similibus. Atque idem quod de hoc generali Episcopi vicario diximus, dicendum est de generalibus vicarijs Capituli sede vacanti, & quoruncumque Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in diocesi aliqua, & generalibus vicarijs ordinum militarium, quia hos quoque ordinarios esse, ac nomine ordinarij comprehendendi, probauimus eadem disputat. 29. num. 45. & 19. Idem intelligo de his Prælatibus habentibus iurisdictionem prædictam quasi Episcopalem; possunt enim in monasterijs subiectis immediate Sedi Apostolicæ dare licentiam, quia quoad iurisdictionem sunt Episcopi in sua diocesi. De Capitulo autem sede vacante maior est difficultas, quia non succedit in iurisdictionem Episcopi delegatus, tãquam Sedis Apostolicæ delegatus, vt ex multis probauit lib. 8. de marim. disputat. 2. num. 10. At credo in hoc casu mentem esse Concilij, & summorum Pontificum, vt id quoque Capitulum possit, quia monasteria hæc non debent esse absque Prælato ad quem confugiant. Et ideo præcipit Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 9. eas fore sub Episcopi gubernatione, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, & cap. periculoso, & motus proprius concessere, vt tanquam Sedis Apostolicæ delegatus cogeret ad clausuram, & de causis egressus nollet; quæ etiam necessitas militat in Capitulo sede vacanti, cum sæpe diu vacet, & frequentes se offerant occasiones huius generis.

S Y M M A R I V M.

An licentia egressus monialis à monasterio exigat iustam causam, & strictiorem petant aliqui textus, quam alij præres corrigendo? n. 31.  
 Quid si periculo incendij, aquæ ductu, & contagionis monialium possit occurrere absque egressu, & an superiores, vt in iudicio egressus licentiam concedant, contenti esse sola morbi probatione debeant? n. 32.  
 Quid intelligatur nomine morbi epidemici, ob quem conceditur egressus monialis à monasterio? referuntur quedam sententia. Explicatur sententia auctoritatis: late declaratur differentia inter hos morbos, pandemius, endemius, epidemius, & pestis. n. 33. 34. & 35.  
 An casus excepti in eo motu proprio extendantur ad casus similes, vel vrgentiores? referuntur quedam opinio. n. 36.  
 Explicatur sententia auctoritatis, & natura dictionis taxatiue,

an impediatur extensio ad casus similes, vel vrgentiores; & an ex similibus casibus, que in iure expressæ sunt, liceat sibiorem excludere, & reuocatio donationis? & soluantur contraria. n. 37.  
 An liceat monialis egredi, quando eo morbo laborat, vt de se referat salu, nisi à monasterio egrediat? referuntur quedam sententia. n. 38.  
 Explicatur sententia auctoritatis, & soluantur contraria. n. 39.  
 An liceat tunc exitus ad aliud eiusdem ordinis monasterium? num. 40.  
 Quid si monasterium sit in loco deserto, quò Medici non ita frequenter adire possunt, ac morbus perit? n. 41.  
 An Generales, & Visitatores possint abstinere à punitione Prælati regularis in similibus casibus licentiam egressus concedentibus? n. 42.  
 An liceat exitus ob quemcumque alium ab exceptis morbum contagiosum? n. 43.  
 An sit iusta causa timor belli imminenti? n. 44.  
 Quid vt monialis sit Abbatissa alterius monasterij? n. 45.  
 Quid vt habeat curam nouarum portarum, vel rotæ, id est, toro, alterius monasterij? n. 46.  
 Quid causa fundationis, aut reformationis alterius, aut correctionis propria, vel punitionis criminis? n. 47.  
 An sit iusta expulsio causa, si monialis sit incorrigibilis? remissum. n. 48.  
 Quid ratione transitus ad strictiorem religionem? remissum. num. 49.  
 An sit iusta egressus Abbatissæ causa, vt visum monasteria sibi subiecta? n. 50.  
 Quid ad accipiendum fidelitatis iuramentum debitum monasterio ratione feudij? n. 51.  
 Quid causa perscrutiendi edificij Ecclesiæ, que in monasterij ofij adificatur? n. 52.  
 Quid si totus conuentus alio transferatur? n. 53.  
 An liceat egressus aliquarum conuersarum professionem ad petendas elemosinas necessarias conuenienti? n. 54.  
 An liceat his exire ex domibus conuictis, in quibus sunt ad alia negotia: & domus ille conuictarum contenta intra monasterij clausuram? n. 55.  
 Qualiter Greg. XIII. præcipit his monialibus ita indigentibus applicari dimissionem omnium elemosinarum partem. num. 56.  
 Qualiter etiam prouidit, vt parentes, & alij consanguinei sibi subueniant; & an possint ad id cogi? n. 57.  
 An conuersæ possint amplius in monasteria recipi? referuntur quedam sententia. n. 58.  
 Explicatur sententia auctoritatis. n. 59.  
 An monialis licet egressa, teneatur sinita egressus causa redire statim ad monasterium? n. 60.  
 An egressa, vt transeat in aliud monasterium, teneatur eia reuera ire? n. 61.  
 An vrgenti necessitate, si ad superiorem non sit recursus, possit eo inconsulto monialis egredi: & teneatur, vbi primum poterit euiorem de causa egressus superiorem facere? n. 62.

QVÆSTIO quarta. An licentia egressus monialis à clausura indigeat iusta causa, & que sint iuste causæ? Constat exigi iustam, eamque grauissimam causam: tum quia res est grauissima, tum etiam, quia e. periculoso, in principio de statu regul. in 6. hoc deciditur ibi: Inque nulli earum tacite, vel expressè professæ sint, vel esse valeant, quæcumque ratione, vel causa, nisi forte mento, & tali morbo euidenter aliquam earum laborare constaret, quod non possit cum aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari: monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur. Atque idem decidit Tridentin. sess. 25. c. 5. de regular. vbi innotat hæc constitutio, & subiungitur, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. Et tandem Pius V. in motu proprio edito anno 1569. Kalendis Februarijs, qui incipit; *Decori, & honestati*, ibi. Ordinem nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumque monialium de cetero, etiam infirmitatis, seu

aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorumque consanguineorum visitandorum, aliaue occasio, & pretextus, nisi ex causa magna incendiij, vel infirmitatis lepra, aut epidemica, &c. a monasterijs exire: sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere. Quare strictius loquitur dictum c. periculoso, & motus proprius Pij V. quàm Trident. co. 5. cum hoc generaliter decidit, lat esse causam legitimam, arbitrio Episcopi eius honestatem committens. At cap. periculoso, & motus proprius Pij V. causas determinarunt, solum arbitrio Episcopi committentes veritatem earum approbare. Et motus proprius Pij V. auxit causas expressas in eo. c. periculoso: quippe etiam lepra, & epidemica expressa in motu proprio, comprehendantur sub morbo contagioso expresso in eo. c. periculoso; ac causa incendiij addita in motu proprio non comprehendebatur. Atque ita bene aduertunt Nauarr. comment. 4. n. 40. vers. 2. quod desiderari potest, iuncto n. 48. notabili 4. de regular. Cenedo in collectanea 31. ad 6. decretalium. n. 2. Nec tamen credo hanc dicitur correctionem, sed declarationem; quia tantum abest hic corrigendi animus, vt postius Tridentinum in eo decreto allectat se innovare dictam constitutionem c. periculoso: & Pius V. in eo motu dicit; inuenientes decreto sancti Concilij Tridentini de clausura monialium disponenti, ac alijs nostris literis super huiusmodi clausura editis. Hæc sunt motus proprius incipiens: Circa pastoralis, vbi in omnibus, & per omnia iussit obseruari disposita in eo. c. periculoso. Quare dicendum est, Trident. nomine legitime causæ ab Episcopo approbandæ non intellexisse, quæcumque, quæ Episcopo legitima videtur, sed causas expressas in eo. c. periculoso, quod innovare prorsus intendebat: ac Episcopi arbitrio commisit determinare, an ea morbi causa sit vera, ac talis, qualis petitur in prædicto c. periculoso; & motus proprius Pij V. declarat magnum incendium non excludi in eo textu, cum causis ibi expressis sit simile, immo multo vrgentius, nec possint ibi commorari moniales sine manifesto vitæ periculo.

32. Quare nec causæ expressæ in dicitis textibus legitime erunt, si ita capax sit monasterium, ac ea sit medendi ei morbo commoditas, vt nullum esset contagionis aliarum monialium periculum. Non licere exitum constat, quia appetit textus dicti c. periculoso, innotat per Trid. & prædictos motus proprios ferè hoc expressit ibi; quod non possit cum aliis absque graui periculo commorari. Quare optime dixit Manuel gg. regular. tom. 3. q. 31. art. 1. licere exitum ex his omnibus causis, propter inuitabile aliarum periculum. Et optime etiam dixit collector priuilegiarum Mendicantium, verbo clausura monialium, casu 1. sine Llamas in methodo curationis, in appendice, quæ ponit in fine, in §. 10. non licere exitum, si magnum incendium extingui possit, aut occurrat aquæ ductu, aut ruinae imminant, aut hostium impetu, non egrediens monialibus à suis monasterijs: quia in hoc casu cessat exinde necessitas, quæ huius concessiois causa est. Quare superiores, vt iustam licentiam exitus concedant, non sola morbi probatione contenti esse debent, sed simul probanda est incommoditas monasterij ad medendum absque periculo infectionis aliarum.

33. Tota ergo huius questionis difficultas versatur in explicando motu proprio Pij V. qui incipit; *Decori, & honestati*, cuius verba reuulsumus n. 29. Et prima circa illum difficultas est, quid in eo nomine infirmitatis epidemica intelligatur, ob quam moniali infirmæ conceditur exitus. Quidam existimant nomine huius morbi pestem, seu morbum pestiferum intelligi. Sic additionator ad motum proprium Pij V. qui incipit; *Decori, & honestati*, G. tit. 99. canon. lib. 1. c. 14. n. 7. paulo post principium, & n. 8. ad medium. Lælius Zecchius de Rep. ecclesiastica. tit. de regul. c. 3. n. 15. vers. 9. Llamas in methodo curationis in fine in appendice, quam ibi ponit, §. 1. Sorbus in compendio Mendicantium, verb. ingressus monasteriorum monialium, in suis annotat. n. 6. vers. & sic etiam per idem verbum.

Cæterum, vt hæc res intelligatur, oportet præmittere, vt eruditissimè ex Hippocrate, & Galeno docet Philippus de graui tractatu de pestifero morbo. p. 1. c. 18. diuis. 1. & subdiuis. 1. & 2. esse morbum, qui pandemius, siue pandemus apud Græcos appellatur, sic dictus à dictione, p. an. quæ totum significat, & demus, id est, populus, quia scilicet totum populi eodem modo, & ex eadem causa inuadit: quæ ratione etiam dicitur panconus, id est, omnibus cõmunis; & enim Græcè quid commu- ne significat. Quare à Latinis vocatur morbus vniuersalis, quia vno eodemque simul tempore, & ex causâ omnibus communi in multis eodem modo grassatur. Hic autem morbus pandemus est triplex: quidam dicitur epidemius, quod endemius, & alius pandemius simplex. Epidemius est, qui non vni soli regioni, sed pluribus communis est ob æris alterationem à caelestibus, superioribus quæ causis confurgentem; vnde non sufficeret, si æris alteratio aliud solum proueniret, nisi simul adesset noxia superiorum causarum influentia. Endemius, siue endemus appellatur, qui quidam populo proprius, & familiaris est, ex noxia eiusdem terræ, ære, vel aqua, vel situ proueniens. Pandemius simplex appellatur morbus communis, seu vniuersalis, ex alteratione æris non cælitus facta, sed ex alia causa communi, vt ex vitiosis cibis, aut potibus proueniens. Quare morbus epidemius distat ab endemio, quod ille communis sit regioni, & ex causa superiori cõsurgat, hic autem sit familiaris eundem populo, ex causaque inferiori cõsurgat; à pandemio autem simplici distat, quod quamuis sit communis, eo quod regionis sit, at ex causa inferiori procedit, ille autem ex superiori. Rursus hic epidemius morbus est genus ad pestiferum, & non pestiferum; quidam enim est epidemius simplex, qui est nonnihil contagiosis, & malignitatis habeat, non tamen est venenosus; alter autem est pestifer, qui simul venenosus est. Vnde optime Manuel gg. reg. romo 1. g. 49. art. 4. vers. ex his sequitur, concludit ex Galeno, & Hippocrate, morbum epidemium, & pestiferum habere se sicut superius, & inferius; omnis enim morbus pestifer epidemius est, sed non e contra; pestifer enim duo petit, nempe, vt populariter grassetur, & perniciosus sit, ita vt maiorem eo laborantium partem interimat; epidemius autem vnicò contentus est, nempe, vt plurimos inuadat, seu populariter grassetur, quamuis perniciosus sit.

Hoc ergo præmissis dicendum est, nomine morbi 35 epidemici exceptæ à Pio V. in eo motu proprio comprehendendi non solum epidemiam, quæ vera pestis est, sed etiam epidemiam simplicem. Quod optime docet Manuel quest. regular. tom. 1. quest. 49. art. 4. ad finem; & clarè indicant Nauarrus comment. 4. num. 48. notab. 4. de regular. & Cenedo collectan. 31. ad sextum decretalium. num. 2. aiunt enim epidemiam contineri in his verbis cap. periculoso, in princip. de statu regular. in 6. ibi; nisi forte tante, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non possit cum aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari. At constat, hunc morbum non esse solum pestem; neque existimo Doctores allegatos num. 32. huic sententiæ aduerari, quia quæcumque epidemia morbus pestilens quadam ratione appellatur, quod cum vera peste conueniat in hoc, quod plurimos inuadit, contagionemque habet; & solum differt, quia non est ita contagiosus, vt maiorem partem eorum, quos afficit, enecet, Ducor, quod Pius V. in ea exceptione communi monialium morbo prospexerit, ne communitatem totam, maioremve eius partem morbus ille inuadat, contagione sua alias afficiens; & ideo gratiæ communis huius infectionis vitandæ ex illius monialis intra angustos monasterij parietes retentione, concessit illi exitum: ergo non de sola peste intellexit. Præterea, quia epidemica adiunxit lepram, eam quoque excipiens, quæ nihil pestis, sed solum infestio



tionis aliarum periculum habet. Signum ergo non leve est, nomine epidemiam non solum morbum vere pestilentem claudi, sed contagium toti populo communem: preterea, quia si solum veram pestem comprehendere vellet, non videretur nomine epidemiam, quod alios quoque morbos comprehendit, nec intellectu facile est: sed nomine claro, & specifico pestis videretur. Præterea, quia in decreto ita rigide clausuram monialium stringenti, gravissimaque censura violantibus adiciunt, durissimum esset nomen epidemiam genericum ad veram pestem, quæ peculiaris eius species est restringere, eo vel maxime quod in correctionem de periculo cedat. Quod & Trident. sess. 25. cap. 5. de regular. & ipsemet Pius V. in suo motu proprio, qui incipit: Circa pastoralis, innouat, & obsequari maxime commendat, adiecticque hic illud in omnibus, & per omnia in eo contenta confirmare. Nam id cap. periculo, concessit exitum ob quemcunque morbum non permittentibus abique graui periculo moniales alias cum ægrotis commorari; qualis non est sola vera pestis. Si ergo solum veram pestem nomine epidemiam includeret, exclusus omnibus aliis morbis, præter lepram, quam ibi quoque excepit, corrigeret, atque valde restringeret textum dicti cap. periculo. Tandem quod Pius V. eos morbos excepit, quod exactè cæterarum monialium clausuræ prospiceret, quæ male feruari posset, denegato exitu moniali laboranti morbo contagioso, licet non verè pestifero, ex quo non modicum infectionis aliarum periculum immineret: quippe oporteret mulieres seculares in claustrum intronitari, ibique diu manere causâ medendi monialibus infirmis, vel plures moniales eius morbi contagione infectas claustrum egredi, vt medicinis opportune abhibitis ad pristinam sanitatem restituerentur.

16 Secunda difficultas est circa eundem motum proprium, an illa tres exceptiones epidemiam, lepræ, & incendiij, contentæ in eo motu proprio, extendendæ sint ad alios casus similes, vel vrgentiores: Quidam eam extensionem negant, quippe motus proprius rigidissimis verbis vtritur, dicens nulla alia occasione, & prætextu, præterquam illius triplicis infirmitatis, licere exitum; vbi aperte quomocunque ad alios casus extensionem excludit, quod in simili docet Archidiaconus cap. periculo, num. 1. de statu regular. in 6. vbi ait, cum ibi dumtaxat duo morborum casus excipiuntur, non admitti extensionem ad alios casus. Secundo, quia Parlador alios referens de rebus quorundam 2. lib. 2. part. 5. §. 11. num. 7. docet regulam permittentem extensionem casus excepti ad alios similes facere, quando lex excipiens non vtritur dictione aliqua taxatiua, quali vtritur noster motus proprius, immo rigidiori, quàm taxatiua, cum vtritur dictione taxatiua, dicens, nulla alia ratione, eoque est negationis natura, vt quidquid post se inuenit, destruat, eoque oppositum ponat. Tertio, quia Bartolus l. si consil. ante. 25. que 1. §. 9. num. 44. ff. soluto matrimonio, ait casum dictione taxatiua exceptum extendi ad casus similes in materia fauorabili, locus in materia odiosa; quod idem tradit Villagata de extensione legum. que 1. §. 11. de extensione legum taxatiuarum num. 3. At materia clausuræ monialium, in qua est faciendâ dicta extensio, quamuis prima facie videatur fauorabilis, vt pote que rigorem clausuræ mitigat; at re attentius inspecta est satis odiosa: cum enim strictissima monialium clausura sit summopere tot textibus commendata, tanquam non solum conueniens, sed valde etiam necessaria ad spirituales monialium salutem, perfectamque vtorum regularium obedientiam, non vtrique fauorabilis, immo odiosissima eius clausuræ relaxatio, prædictis casibus exceptis, reputanda est. Quarto, quia si adeo fauor animarum ad vitandâ peccata præponderat, vt contra omnia iura efficiat legem quam-

cunque penalem, & odiosam extendi, vt ex multis probauimus lib. 7. de matrimonio, disput. 9. num. 8. cum non præponderare debet, vt viterur extensio legis fauenti clausuræ monialium ad alios casus. Quinto, quia multi auctores tradunt causas exheredationis filiorum non extendi ad alias similes, aut vrgentiores, eo quod textus auct. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum, & l. regia 8. tit. 7. p. 6. enumerantes exheredationis causas, subiungant ex nullis aliis cum liceat. Hi sunt, aliis relatis, Viglius §. iugur. num. 6. in situ. de inoffic. testam. Greg. Lopez ea. l. 8. verbo otra razon. Emmanuel Suarez addidit ad Antonium Gomez in noua editione. tit. 1. variat. cap. 11. litera O. Molina tomo 1. de iust. disput. 176. col. 17. vers. carit. mihi. Et similiter, quia textus cap. final. de reuocandis donat. decidit, ex solis causis ibi enumeratis integre esse donationem reuocari, negant multi extensionem ad similes casus. Hi sunt, aliis relatis, Molina tomo 2. de iust. disput. 281. col. 6. vers. nabis vero, R. bellus de iust. part. 2. lib. 18. tract. de promissione, & donatione. que 1. §. 9. num. 8. vers. grauius difficultas est. At noster motus proprius non solis eisdem, sed rigidioribus verbis vtritur. Et ideo hanc partem tenet Thomas Zerola praxi Episcopali in noua editione. 2. part. verbo moniales, ad 16. quasi. scopol. in noua editione. 2. part. verbo moniales, ad 16. quasi. dubio 2. & parte 2. verbo moniales, fin. dicens sic declarasse sacram Cardinalium Congregationem: & addidit ad Nauarr. lib. 3. consil. in 2. editione. tit. de regular. conf. 70. sine. ait ferri eandem sacram Congregationem hoc decidisse.

His tamen minime obstantibus, existimo prædictos tres casus exceptos extendi ad alios similes, in quibus eadem, aut vrgentior est ratio. Ducor, quia dictio taxatiua non excludit casus similes, & in quibus eadem ratio, aut vrgentior militat, vt ex multis probat Euerardus in suis topicis legalibus, loco à natura distinctionum taxatiuarum. num. 4. Antonius Gomez tomo 1. variat. cap. 11. num. 12. Padilla auct. res qua. num. 81. cap. communia delegat. & id probatur ex textu iuncta Glossa lob as alienum. 2. C. de præditi, & aliis rebus minorum, vbi deciditur, ob solum as alienum posse prædia minorum distrahi; & tamen Glossa ibi, verbo alienum, communitè recepta tradit, id quoque fieri posse ob similes alias causas. Item l. finali. C. de reuocandis donationib. decernitur, ob solas causas ibi enumeratas posse reuocari donationem; & tamen contra paucos Doctores num. præcedent. allegatos fuisse frequentissima sententia pro quoque ex aliis grauioribus, aut æquè grauius. Sic Glossa ea. l. finali. verb. voluerit. Abbas cap. finali. num. 3. de donationibus. Guillelmus Benedictus cap. Raynuius. verbo in eodem testamento. l. 2. num. 19. de testam. Euerardus proxime allegatus, Nauarrus, Cerantes, Soffa mox allegandi, Syluest. verbo donatio. 1. que 1. §. 13. num. 17. Cynus, Salycetus, Ripa, Viglius, quos refert, & sequitur Molina. lib. 1. de primog. cap. 9. num. 32. Antonius Gomez tomo 2. variat. cap. 4. num. 14. & ibi in additionibus Emmanuel Suarez, litera F. & in l. de rebus minorum. recept. sent. §. donatio. que 1. 21. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 18. dub. 14. num. 104. Et similiter cum auct. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum. & l. regia 8. tit. 7. part. 6. decidatur, ob solas causas ibi expressas posse filium exheredari, sentiunt ferè omnes Doctores, præter paucos num. præcedenti allegatos, posse id quoque ex causis similibus, aut vrgentioribus fieri. Sic Guillelmus Benedictus eo. num. 19. & multi alij, quos referunt, & sequuntur Cozzatt. cap. Raynuius, in principio. num. 16. de testam. Ioann. Lupus rubr. de donat. inuer. citum, & vixerem. §. 26. num. 10. & cap. per vestras. eodem tit. no. ab. 3. §. 20. num. 18. Nauar. Ceruantes, Soffa mox allegandi; Molina eodem cap. 9. num. 33. & 34. Euerardus proxime allegatus. Colla. Gallus. §. quid sit animum. 3. part. à num. 173. ff. de lib. & postum. Anton. Gomez tomo 1. var. cap. 11. num. 12. Iulius Clar. lib. 4. receptarum sentent. §. testamentum. que 1. §. 4.

quest. 47. num. 2. Minchaca de success. progressu. lib. 2. §. 17. num. 101. Plaza de delictis. lib. 1. cap. 1. num. 15. Villalobos in communis opin. littera E. num. 143. Perez l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. Frachinus in suis controuers. lib. 6. cap. 78. per totum. & hoc afferunt loquentes de his legibus adeo odiosis, ac penalibus, vt sunt concedentes licentiam exheredandi filios, & reuocandis donationis perfectæ. Ergo à fortiori id dicendum est in nostro casu motus proprii; quamuis enim fauorabile sit restringere monialium clausuram, vt pote spirituali ipsarum bono valde necessaria: at illam restringere in casibus, vbi commune aliarum bonum periclitatur, vt contingit in casibus exceptis in nostro motu proprio, non est fauorabile, nec spirituali bono conducens, cum inde maius detrimentum possit clausura pati, vt num. 37. in vltima ratione probauimus. Præterea, quia in canone 27. Apostolorum, & in nouella constitutione Iustinianicollat. 4. sub tit. de nuptiis. §. sed est qui dicitur, solis clericis promotis ad ordines minores lectoris, & caeteris integre esse vxorem ducere. Et tamen constat id quoque licere iis qui alios duobus ordinibus initiati sunt; & ad prædictos textus respondent Bellarm. lib. 1. de clericis. cap. 19. col. 5. vers. probatur. 3. & Azor tomo 1. instit. moralium. lib. 1. §. cap. 13. que 1. §. fine. dictionem taxatiua non excludere, sed includere duos alios ordines minores, eo quod in illis eadum profusus sit ratio. Præterea, quia Clemens V. III. quo magis puritas paupertatis obleretur, interdixit in suo motu proprio, qui incipit; Religiosæ congregationes, munita à religiosis dari, præterquam in casibus ibi exceptis, & tamen Soffa de largitione munitum religiosis interdixit. num. 38. 39. & 40. ob prædicta fundamenta contendit, eos casus exceptos extendi ad similes, in quibus eadem, vel vrgentior ratio militat. Ergo idem dicendum est in nostro motu proprio. Nec obstant in contrarium adducta, quia satis probauimus etiam in lege penali, & odiosa exceptionem extendi ad similes causas aduersarij communis sententia: & ideo hanc partem sustinent Nauarr. comment. 4. num. 48. de regularib. Gutierrez dicens fortè hoc esse verum qq. canonibus. lib. 1. cap. 14. num. 9. Ceruantes l. 6. Tauri. num. 59. Cenedo collectan. 31. ad 6. decretalium. num. 2. vers. credere tamen, extensionem in hoc casu potius esse fauorabilem, quàm odiosam. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. que 1. ad finem. vers. 3. que 1. Manuel qq. regular. tomo 1. que 1. §. 49. v. 3. paulo post principium, & tuo art. 5. Llamas methodo curatioris, in appendice, quam ponit in fine, §. 10. Sorbus in annotatione ad compendium Mendicanium. verb. ingressus monasteriorum monialium. num. 6. vers. §. sic etiam.

38 Hinc deducitur primò ab aliquibus, iuste concedi posse moniali licentiam claustrum egrediendi causâ medendi morbo ita periculoso, vt desperetur salus, ea non egressa. Ducuntur autem, quod casus iste vrgentior sit exceptis in eo motu proprio, aut illis similibus, cum de tuenda monialis vite in eo agatur. Secundo, quod leges ecclæsiasticæ, qualis est de monialium clausura, minime cum vite periculo obligant. Tertio, quia si quidam monialium inuaderet ipsam interfecturum, essetque opus egredi ad vitam tuendam, integrum ei esset egredi. Ergo idem licet ob simile vite periculum ex præsentano morbo confurgens; nihil enim refert siue ab intrinseco, siue ab extrinseco periculum vite immincat, cum in vtroque idemmet tuende vite naturale ius suffragetur. Et confirmatur, quod nullo iure positio naturale proprie vite tuende ius auctori possit. Clement. pastoralis. §. ceterum. de sent. & re iud. & l. in vim. ff. de iustitia, & iure. Quod si dicas in hoc casu agi de solo priuato illius monialis commodo, quod communi bono ex clausura confurgenti postponendum est, non obstat, quia in casu relato in argumento præcedenti, agitur quo-

que de priuato illius monialis bono, & tamen egressum esse licitum nemo dubitare potest. Quarto, quia merito, ac iure optimo, spectata Pij V. pietate præsumendum est eam illius fuisse mentem, vt in hoc casu fas esset egredi, videretur enim oppositum à pietate profusus alienum. Tandem, quia Gregor. XIII. vt refert Nauarrus statim allegandus, indulsit cuiusdam Cænobij monialibus liberum egressum, quoties morbo ita periculoso laborarent, vt medici iudicarent necessarium egressum ad tuendam vitam: ergo sentit hanc esse iustam egrediendi causam. Et ideo hanc partem tuentur Nauarrus comment. 4. num. 49. & §. 50. de regularibus. Llamas, & Azor num. præcedent. sine allegati, Grassi 1. part. decisionum. lib. 4. cap. 23. num. 17. sin. Sorbus allegatus num. præcedenti.

Verùm contrariam sententiam mihi suadeo ex se 39 quentibus. Primò, quia etsi Doctores fateantur, quantumque dictione exceptiua adiecta, non excludi casus similes, aut vrgentiores: at casus dissimiles, & minus vrgentes excludi fateantur vniuersi. Quia aliis dictione exceptiua nihil operaretur, eo vel maxime quod satis dubia sit (vidis Doctores non præmittendis refragantibus, vt vidimus num. 36. & 37.) extensio ad similes, & vrgentiores casus, nedum ad dissimiles, & minus vrgentes. At præsens casus est valde dissimilis, ac longè minus vrgens tribus expressis in motu proprio Pij V. Quippe in illis omnibus solius communis cæterarum monialium boni rationem habuit, nimirum, ne contagiosus monialis morbus in reliquis ferperet. At præsens casus solum peculiarem monialis illius patientis morbum periculolum vitilatem respicit. At nemo sanæ mentis negare poterit longè maiorem boni communis rationem habendam, quam peculiaris: non ergo casus excepti cum dictione taxatiua ratione boni communis extendendi sunt ad casum priuata vitilatis. Et confirmatur, quia Pius V. in eo motu proprio prius statuit legem generalem egressum monialium interdicens, quocumque prætextu, & occasione, & statim triplicem morbum prædictum excepit, communi totius conuentus salutis prospiciens. Ergo in casu adeo dissimili exceptis, qualis est præsens priuata vitilatis, non est à lege generali prius in eo motu proprio tradita recedendum. Secundo, quia etiam textus in cap. periculo, in principio de statu regularium, in 6. cuius obseruantia maxime commendatur in Tridentino sess. 25. de regular. cap. 5. & in motu proprio Pij V. qui incipit; Circa pastoralis, vbi in omnibus, & per omnia, in eo contenta confirmantur, ob solum communis monialium boni rationem egressus permittebatur, vt constat ex illis verbis; nisi furie morbo, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset eam aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari. Ergo casus solum monialis priuata vitilatem respiciens non præbet egressus sufficientem causam. Tertio, quia adeo præponderat commune religionis bonum priuato cuiuscumque, vt satis laudabiliter Carthusiani à carnis abstinence, iudicantibus medicis illarum esum ad tuendam vitam periculo ratione morbi expostitam necessarium, vt commune religionis bonum in perpetua carnis abstinence consistens illarum permaneat, quod tamen nefas esset ratione boni priuati. Similiter ergo iure optimo Pontifices permiserunt exitum monialis ob commune conuentus bonum, prætereaque illius commune bonum ex clausura redundans priuata monialis vite periculo imminente ex clausuræ obseruantia, eo vel maxime quod medici cum de sola corporei morbi medela curarent, solent frequentissimè necessitatem egressus, periculumque vite ex clausura imminens, verbis satis ponderosis augere, sicut & estum carnis, cum tamen, vt experientia ipsa testatur, rarissimè egressus ille licet







binæ incedant, nec disjungantur, & sint vite probatae, excedentique annos 39. nec pernoscant extra oppida, ubi habent monasteria, nisi de Episcopi licentia, & tunc simul dormiant. Ex quo constat, Gregorium XIII. in prædicto motu proprio hanc facultatem sustulisse, cessante prædicta necessitate, non autem ea durante. Atque ita hunc casum statuunt Nauar. comm. 4. num. 56. vers. ex quibus colligitur, quod Gregorius, de regul. Manuel quest. regul. tomo 1. q. 4. art. 4.

55 Dum autem in eo motu proprio Pij V. interdicatur his conuersis professis exitus ex domibus illis contiguas ad petendas elemosynas, absque ordinarij licentia, non interdicatur exitus ad audienda sacra, & percipienda Sacramenta: quia de solo priori exitu loquutus est Pontifex. Quod optimè docet Nauar. num. præced. allegatus, & optimè addit, eas domos contiguas non esse domos regulares, cum extra monasterij clausuram sint.

56 Insuper Gregorius XIII. in eo motu proprio volens exitum harum conuersarum ad petendas elemosynas impedire sibiueniendo aliter prædictæ necessitati, præcepit, vt dimidium omnium mundi parte, quacumque lege, dispositione, vel obligatione faciendarum pauperibus, distribuatur monasteriis monialium, prædicta necessitate pressis, quæ sunt in terris, vel locis in quibus illæ erogandæ sunt: & hoc absque alia peculiari iussione Pontificis, vel alterius, & absque vlla petitione illarum, vel quorumcumque aliorum, dummodo duplex conditio concurrat. Prior est, ne illæ elemosynæ sint in pauperes certos distribuendæ: posterior est, vt liceat pauperibus incertis largiendæ sint, non sint tamen ad vsus alios destinatæ præterquam ad pauperum alimenta. Quare hæc dimidia pars elemosynarum debetur monialibus, quoties vel pauperibus incertis, & ad vsus incertos sunt destinatæ, vel quando sunt destinatæ pauperibus incertis ad eorum alimenta; et non debentur autem, quando pauperibus certis sunt destinatæ, vel quando incertis, ad vsus tamen certos alios ab ipsorum alimentis. Et quantum Nauar. comm. 4. num. 54. vers. ex quibus colligitur, de regularibus, significet solum deberi exitum ad vsus incertos destinatæ sunt ipsi semet lib. 3. consil. an. 1. ad tit. de regularibus, consil. 6. num. 2. in 2. tit. de statu monachor. consil. 8. num. 2. fateatur se ibi obscure loquutum, & explicat, vt nos explicauimus; & merito, nam motus proprius apertus id indicat verbis. Hoc tamen præceptum perpetuum non est, sed temporale, dum prædicta necessitas durat, vt clarè dicit idem Greg. XIII. in eo motu proprio, & docet Nauar. eodem comm. 4. numero 57. initio.

57 Præterea Gregor. XIII. in eo motu proprio committit ordinariis, vt hortentur parentes, & quocumque consanguinitate coniunctos his monialibus, vt illis subueniant. Quæ verba præceptum non continent, ac proinde ordinariis non est integrum, parentes, aut consanguineos ad hoc cogere; nisi aliande ad id tenerentur. Sic Nauar. comment. 4. num. 55. vers. quæ licet multum de regularibus.

58 Tandem Pius V. in suo motu proprio, qui incipit Circa pastoralis, interdicere receptionem in posterum monialium, vt cõuerse sint etiam professionè emissuræ, his verbis. De cetero nulla alia cõue sa professæ recipi amplius a tã de consensu suorum superiorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex iure illam irritam facimus. Quem motum proprium explicans Gregor. XIII. in alio suo, qui incipit; Deo sacris virginibus, sic ait; Conuersæ vero non professæ, & proficere nolentes, dimisso habitu domum reuertantur; nec alias in futurum nisi professionem, sint suo tempore emissuræ, acque sub perpetua clausura in monasterio huiusmodi recipi permittantur. Quod autem eodem Pius prædecessor statuit de cetero nullas alias conuersas professas recipi

amplius, etiam de consensu suorum superiorum possente esse intelligendum declaramus, præter illas conuersas, quæ extra monasterium in domibus contiguas degent. Circa quæ decreta valde anceps fuit Nauar. comment. 4. num. 56. vers. ex quibus colligitur, quod iam non possint de regularibus. Nam motus proprius Pij V. expressè videtur interdicere receptionem quarumcumque conuersarum, etiam proficiteri, & intra clausuram manere velint; & Gregor. XIII. in prædicta illius motus proprii explicatione id apertè indicat, dum solas, quæ in domibus contiguas ad petendas elemosynas destinatae erant, recipi permittit. At idem Gregor. XIII. in eo motu proprio clarè significat, solas conuersas, quæ proficere nolunt, & intra clausuram esse, non posse admitti, illis verbis, nisi professionem suo tempore emissuræ. Quare dicit Nauar. de eundem Gregorium XIII. consuluisse circa huius questionis decisionem, & eum respondisse, mentem Pij V. fuisse eam, quam verba indicant, nempe, ne vllæ conuersæ posthac reciperentur; suamque fuisse, non discedere à mente eius, sed solas excepisse conuersas necessarias, quæ in domibus monasterio contiguas ad petendas elemosynas manere deberent. Quare ex mente Nauari solæ femine possunt recipi deinceps ad habitum, & professionem, quæ necessariæ essent ad petendas monasterio elemosynas, & in domibus ei contiguas habitaturæ.

Cæterum hoc nimis rigidum videtur; sicut enim in virorum monasteria admittuntur quidam choro deputati, & ad sacerdotiū promouendi, alij autem, qui dicuntur conuersi, id est, vt laici maneant ad nullos ordines promouendi, sed vt aliis ministeriis inferioribus temporalibus, necessariis in conuentu vacent, quod alij, his expediti, incumbere choro, & aliis spiritualibus, vt confessionibus, & prædicationibus possint ita decet in monialium monasteria quaedam moniales recipi, vt choro deputentur; alias autem conuersas, vt in ministeriis inferioribus inferuiant. Præterea, quia cum hæc debeant esse intra perpetuam clausuram, earum receptio nil prorsus clausuræ obstat, quam vtique Pontifex in vtroque motu proprio maxime seruari contēdit. Quare non est cur immemoralis hæc conuersas recipiendi consuetudo reproberetur. Tandem, quia occluderetur via multis honestis feminis vitam religiosam optantibus, illius comparandæ: quia cum dote necessaria careant, non admittentur, vt sint choro deputatæ, admittentur autem, vt sint conuersæ, ne necessaria temporalibus conuentus ministeriis inferuentis delant. Et ideo Manuel 99. regular. tomo 1. quest. 44. art. 4. vers. 2. asserit, ait se Patres doctos sui religionis consuluisse, respondisseque, mentem neutrius Pontificis fuisse de negare admissionem monialium conuersarum ad veteram trium vitorum substantialium professionem, sed earum tantum, quæ solo duplici voto castitatis, & obedientiæ ligantur, quæ vulgò appellantur donadas, quia cum hæc veræ religiosæ non sint, minime ad strictam cæterarum monialium.

59 Cæterum hoc nimis rigidum videtur; sicut enim in virorum monasteria admittuntur quidam choro deputati, & ad sacerdotiū promouendi, alij autem, qui dicuntur conuersi, id est, vt laici maneant ad nullos ordines promouendi, sed vt aliis ministeriis inferioribus temporalibus, necessariis in conuentu vacent, quod alij, his expediti, incumbere choro, & aliis spiritualibus, vt confessionibus, & prædicationibus possint ita decet in monialium monasteria quaedam moniales recipi, vt choro deputentur; alias autem conuersas, vt in ministeriis inferioribus inferuiant. Præterea, quia cum hæc debeant esse intra perpetuam clausuram, earum receptio nil prorsus clausuræ obstat, quam vtique Pontifex in vtroque motu proprio maxime seruari contēdit. Quare non est cur immemoralis hæc conuersas recipiendi consuetudo reproberetur. Tandem, quia occluderetur via multis honestis feminis vitam religiosam optantibus, illius comparandæ: quia cum dote necessaria careant, non admittentur, vt sint choro deputatæ, admittentur autem, vt sint conuersæ, ne necessaria temporalibus conuentus ministeriis inferuentis delant. Et ideo Manuel 99. regular. tomo 1. quest. 44. art. 4. vers. 2. asserit, ait se Patres doctos sui religionis consuluisse, respondisseque, mentem neutrius Pontificis fuisse de negare admissionem monialium conuersarum ad veteram trium vitorum substantialium professionem, sed earum tantum, quæ solo duplici voto castitatis, & obedientiæ ligantur, quæ vulgò appellantur donadas, quia cum hæc veræ religiosæ non sint, minime ad strictam cæterarum monialium.

60 Sed dubitabit, an monialis licet esse monasterio egressa ad morbos permittitur, vel alia de causa, teneatur ad perfectam sanitatem restituta, vel finito negotio, ad monasterij clausuram redire. Dicendum est, ad id tenentis quod constat ex cap. periculofo. & verum quando de statu regular. in 6. vbi postquam conceditur exitus Abbatissa, causâ recipiendi iuramentum fidelitatis, subduntur hæc verba; quoniam primam fieri poterit, seu fidelitatis præstatio

sacramentis, ad ipsum monasterium de vestigio reuersura. vbi Glossa verb. de vestigio, explicat, id est, statim, vel cõtinuè, & Ioannes Andreas ibi. num. 3. Archidiaconus num. 3. verbo reuersura, Anchar. numero 4. notab. 7. Dominicus eo. §. verum. num. 4. Francus eodem §. in notab. 3. inde inferunt, concessa specialiter, & contra ius, suis terminis continenda esse, & expedita cõcessioni causa, redendum ad ius commune. Idem apertè decidit Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; Decori, & honestati, vbi postquam egressum interdixit, nisi ob triplicem causam ibi declaratam, subdit hæc verba. Sed nec in prædictis casibus extra illa ministeria, nisi ad necessarium tempus stare licet. Quod quidem cum sit præceptum morale, debet morali, & non metaphyfico modo intelligi, quasi sensus sit, vt statim absque vlla proflus, & quantumvis breui more intercedine ad monasterium finito negotio redeatur. Breuis enim mora non efficit contra hoc præceptum. Quod non obscure significatum est d. e. periculofo. §. verum quando, vbi cum textus præcepisset de vestigio reditum, id est, statim, & sine mora, subdidit hæc verba; sic quod in fraudem residentia, sine mora clausuralis, nihil fiat omnino. Quibus verbis apertè indicat, eam solam moram daminari, quæ alicuius momenti esset, vt pote quæ in clausuræ fraudem eederet; atque ita docet Manuel quest. regular. tomo 1. q. 47. art. 1. 1. Hoc autem breue spatium intelligi vobis, vel duplicis diei.

61 Hinc deducitur, moniale legitime egressam, vt præsit alij monasterio, vel causâ fundationis, vel correctionis, &c. teneri via recta in illud tendere, vt bene docet Gutierrez quest. canonicis. lib. 2. cap. 14. fin. & constat ex dictis num. precedenti. Cæterum, vt ibi dixi, præceptum hoc est moraliter intelligendum; nam si aliquantulum immoraretur, vel à via recta discederet, causâ inuidentæ alicuius cognatæ, vel amicæ, aut imaginis, &c. non damnaretur, et si recto itinere 8. vel 9. leucis deuiaret, quia hoc moralis modo non est in clausuræ fraudem.

62 Id tandem monerim; quando necessitas egressus vgeret, & ratione longæ distantie superioris, non possit adiri absque gravi periculo, possit, eo superiore in consilio, monialis egredi, quia necessitas caret lege. Sic tradunt Dominicus cap. periculofo sine de statu regular. in 6. & ibi Francus in principio. mem. 4. notab. 7. Syluester verbo religio. 7. quest. 16. dictio 1. collector priuilegiarum Mendicantium, verbo clausura monialium, casus 1. Lamas in methodo curatioms, in appedice, quam ponit in fine, §. 10. Manuel 99. regular. tomo 1. quest. 49. art. 2. fin. Lælius Zechius de Repub. ecclesiastica. tit. de regular. c. 5. n. 15. vers. 9. Qui bene subdit, teneri monialem hanc id postea superiori significare: quod intelligo, si id potest, durante egressu. Quia cum adhuc ille durer, potest à superiori emendari, si causam non approbet. Si verò iam cessauit, quia causam ad clausuram redit, non tenetur admonere, iuxta similem doctrinam, quam trademus lib. sequenti, dum sermo erit de voto paupertatis.

S Y M M A R I V M.

Explicatur, quæ censura late sint in moniales clausuram violantes, & eis fauentes. n. 63.  
An exigatur iudicis sententia ad inhabilitatem, & alias pœnas ibi contentas incurrendum: proponuntur probantia non exigi. n. 64.  
Explicatur sententia auctoritatis. n. 65.  
Quid intelligatur per officia, administrationes, & dignitates, quibus Pontifex ibi prius? n. 66.  
An exigatur ad has pœnas incurrendas exitus omnino à monasterij septi, an potius sit sit exitus à clausura stricta, ut si exeat ad Ecclesiam: proponuntur probantia non satis esse exitum à clausura stricta. n. 67.  
Explicatur sententia auctoritatis. n. 68.  
An exigatur, vt egressus non sit modicus, sed ad culpam mortalem sufficiens, & quid si licentia sit legitima, sed non in

scripsit obtemperat? n. 69.  
An incurran licitè egressu absque licentia, quia non erat aditus ad superiorum, ac non momentè postea superiorum: vel quæ licitè egressu sunt, si finis causa, non statim, aut non vni recta redeunt? n. 70.  
An incurran conuersæ professæ existentes in domibus monasterio contiguas ad petendas elemosynas, si ad inuitas, aut praua exitam? n. 71.  
Quando receptantes, aut comitantes monialem illicitè egressum, incurrant. n. 72.  
An incurrant, qui receptant, aut comitantur notitias egressarum? n. 73.  
An incurrant Episcopi, canonici Ecclesie cathedralis, regulares, & alia persona in dignitate constituta, receptantes, aut comitantes monialem egressum, aut Episcopi illicitè licentiam concedentes: proponuntur probantia negantem, & probatur, omnes hos non comprehendit in materia odiosa nomine clericorum, sed in fauorabili. n. 74.  
Explicatur sententia auctoritatis. n. 75.  
Quis possit absolueri ab excommunicatione in eo motu proprio lata, & an Episcopus possit absolueri ab excommunicationibus, & casibus referentis post Trident. etiam si illi occulti sint? n. 76.  
Quis ab inhabilitate, & priuatione officiorum, referatur duplex sententia. n. 77.  
Explicatur sententia auctoritatis: & ibi, an possit Episcopus virtute Tridentini, & an superiores religionis gaudeant eadem facultate Tridentini, & quid virtute cruciatæ, vel priuilegiarum Societatis Iesv, & cuiusdam priuilegij concessi fratribus Minoribus? n. 78.

Q U Æ S T I O vltima. Quæ censura late sint in moniales clausuram violantes, aut eis fauentes. Pius V. in motu proprio, qui incipit, Decori, & honestati, vbi interdixit egressum monialium à suis monasteriis, nisi in casibus ibi expressis, & egressis eis, in illis casibus præcepit ad solum necessarium tempus extra monasteria permanere, subdit hæc verba. Aliæ autem, quam (vt præferatur) egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut seculares, vel ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris lata sententia vinculo statim eo ipso, absque aliqua declaratione subiacerent, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant: & insuper tam egressas, quam præfidentes, & alios superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & per eos tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obtemperat, & ad alia in posterum obtemperanda, inhabiles decernimus: vbi duplex pena statuitur. Prior, excommunicatio Papæ reseruatæ, quæ generalis est contra moniales egressas aliter quam in eo motu proprio hucusque satis explicato conceditur, &c. contra licentiam egrediendi aliter concedentes, comitantes, ac receptantes. Posterior, priuatio dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illa, & ad alia in posterum obtinenda; & hæc non est ita generalis, ac excommunicatio, quia solas moniales egressas, & præfidentes, & alios superiores licentiam egressus concedentes afficit. Insuper docet Manuel quest. regular. tomo 1. quest. 49. art. 5. moniales lic egressas incurtere excommunicationem latam in Trident. sess. 25. cap. 5. de regular. Sed re vera nec in decreto, nec in alio eisdem Tridentini reperitur talis excommunicatio, sed in solos ingredientes in monialium claustra absque legitima licentia.

64 Circa quas pœnas prima difficultas est, an incurratur eo ipso ante omnem iudicis sententiam, etiam criminis, declaratoriam: Et non disputamus de excommunicatione, quia eam statim incurri absque aliquo sententia nemo dubitat, sed difficultas est de dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum priuatione, & inhabilitate ad illa, & ad alia in posterum obtinenda.



Et quidem videtur nullam Iudicis sententiam desiderari: quia Pontifex in eo motu proprio priuati illis. Insuper inhabilitas est pena priuatiua, qua nulla executione indiget, sicut excommunicatio, irregularitas, suspensio, & interdictum. Ergo sicut haec censura incurritur absque aliqua Iudicis sententia, & ratio est iuxta communem sententiam, eo quod sint poenae priuatiuae ad sui executionem nulla actione indigentes: sic etiam ea inhabilitas incurretur. Et ita tenet Grassus 1. p. decisionum lib. 4. c. 23. n. 12.

65 Ceterum existimo exigere sententiam Iudicis declarantis crimen. Ducor, quod eam rationem, vt irregularitas, excommunicatio, & alia censura incurrantur absque aliqua sententia, eo quod sint poenae priuatiuae, nulla actione ad sui executionem indigentes, satis reprobauit lib. 9. de matrim. disp. 30. num. 1. & conclusi vltimo, nullam huius rationem inueniri, nisi quod sic vti explicatum sit, vt ille censura, nulla expectata Iudicis sententia, incurrantur. Quod tamen non inuenitur in hac inhabilitate. Immo Gregor. XIII. in motu suo proprio, de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia, eodem tenore verborum vsus est contra suae constitutionis transgressores, ibi; *eos omnes omni beneficio ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, ac inhabiles ad illa, & ad alia esse volumus.* Et tamen Nauar. in eius motus proprii expositione, in 1. edic. num. 41. in 2. num. 44. Molina tomo 1. de iustitia, disp. 96. col. 2. vers. *Aut obserua*, docent exigere hanc Iudicis sententiam, vt incurrantur; quod maxime procedit in priuatione officij, & administrationis, & dignitatis, tunc obtentorum: eum ea sit poena egens ad sui executionem aliqua hominis actione. Praeterea Clemens VIII. in motu proprio de largitione munerum religiosius interdicta, rigidioribus verbis est vsus, ibi; *Omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs eo ipso priuamus, ac ad illa, & alia in futurum obtinenda inhabiles perpetuo, & incapax existat, & hoc absque ulla superioris decreto, aut ministerio.* Et tamen Solla in illius explanatione, n. 102. dicit exigere aliquam Iudicis sententiam.

66 Secunda difficultas est, quid nomine dignitatum, officiorum, & administrationum, quibus priuat Pontifex in hoc motu proprio moniales absque legitima licentia egressas, ac facultatem egrediendi concedentes, intelligatur. Breuiter dico intelligi dignitates, & officia, & administrationes habentia coniunctam superioritatem quandam, vt esse Generalem, Prouincialem, aut superiorem localem: non autem alia officia, qualia sunt esse concionatorem, confessorum, lectorem Theologiae. Ducor, quod Sixtus V. in suo motu proprio contra regulares illegitime natos, eos dignitatibus, gradibus, & officijs priuauit. Et tamen ipsemet in alio motu proprio, quem in prioris declarationem edidit, sic ea verba explicuit. Et ita etiam motu proprio Clement. VIII. de largitione munerum vrentem eidem verbis (vt n. praecedent. notauimus) explicat Solla in expositione illius. num. 101. Idem docent in terminis motus proprii Pij V. & Gregor. XIII. interdictum ingressum haereticorum in monasteria virorum, sub poena priuationis officij in admittentes, Manuel in expositione eius motus proprii Pij V. num. 21. Sorbus in compendio priuilegiarum Mendicantium, verbo *ingressus monasteriorum monialium*, in suis annotat. num. 8. & vterque addit in quodam suo Capitulo generali explicatum esse, comprehendi quoque Visitatorum, & commissariorum generalium, vicariorum monachorum, aut monialium officia, non autem officium distictorum, aut discretorum.

67 Tertia difficultas est, quae moniales egressae clausura in his poenis comprehendantur. Videntur enim non comprehenduntur ad sola clausura stricta, quam intra clausam conuentus iantum contineri diximus n. 6. sed solas ad septem monasterij exeuntes, & sic non ligari exeuntes ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est

inter clausam monasterij portam, & aliam secularibus parentem, per quam intrant. Quod videtur probari ex illis verbis motus proprii; *ad monasterij exire nec extra illa, nisi ad necessarium tempus sate.* & ibi; *aliter egredientes, & comitantes, ac receptatras personas.* Nec obstat Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *De sacris virginibus*, declarasse clausuram esse spatium, quod intra lanuam monasterij semper clausam continetur: quia in eo non meminit harum poenarum, nec declarauit hunc motum proprium eas continentes, sed alium Pij V. qui incipit; *Pastoralis*, in quo poenas has non statuerat.

At dicendum est, re vera incurritur solo egressu ex stricta clausura: quia eas statuit Pius V. in moniales clausuram violantes, seu & monasterio egredientes. At eam violant, & censentur ad monasterio egredi, si ad Ecclesiam, aut spatium, quod est intra clausam monasterij ianuam, & aliam secularibus parentem egredientur, vt explicuit Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *De sacris virginibus*. Ergo incurritur has poenas. Atque huius sententiae videtur Manuel *quest. regular. tomo 1. q. 49. ar. 1. vbi ait*, subdi his poenis egredientes quomodocumque monasterij elautra.

Exigitur tamen ad incurrendas has poenas egressum non esse ita leuem, vt sola veniale culpam constituat. Quod ex se manifestum est, cum nec excommunicatio pro sola veniali culpa ferri possit, & alia tam graues poenae iniuste essent, vepote quae grauitati delicti valde disparis, si pro sola veniali culpa incurterentur. Quando autem fit venialis culpa ratione paruitatis materiae, & an talis sit, quando causa est iusta, & adfect legitima licentia, non tamen in scriptis, dicemus cap. sequent. num. 29. & 30. & 69.

Nec etiam credo incurritur haec poena moniales licentia absque expressa superioris licentia egressas, ratione periculi in mora adeundi superioris, quando postea superioritatem de egressu non certiorum faceret, casu, quo num. 62. ad id eas teneri diximus. Quamuis Laelius Zecchius de Rep. ecclesiastica. tit. de regular. c. 3. n. 15. vers. 9. Thomas Zerola in praxi Episcopali, in 2. edit. p. 1. verb. *moniales*. ad 16. quaestum. dub. 1. Manuel *quest. regular. tomo 1. q. 49. ar. vltimo*. Subdit autem se non auctere excusare ab his poenis cognatos, qui nulla necessitate ducti, sed sola causa vitandi opprobrii, vel inuauitatem, vel causa amicitiae, aut cognationis id efficiunt. Sed melius Manuel dicit excusari ab his poenis, dummodo non fauent egressui, nec perseuerantia in illo; quod idem aperit sentit Llamas proxime allegatus: ait enim eos solos incurritur, qui ex comitatu, aut receptione cooperantur delicto. Et ratio est, quia excommunicationem latam in haereticorum receptores, illi soli incurritur qui receptant vt haereticos, id est, fiuendo aliquo modo haereti, vt diximus lib. 2. c. 10. num. 4. Ergo similiter illi soli receptatores, & comitantes his poenis subduntur, qui recipiunt monialem egressam, fauentes aliquo modo illius delicto.

71 Nec etiam incurrant moniales conuersae professae existentes in domibus monasterij contiguas causa peccandi elemosynas, si ob inutilia quaedamque, immo & ad facinora perpetranda ex illis egrediantur. Quia cum domus illae non sint regulares, nec intra clausuram, vt num. 55. diximus, non dicuntur & monasterij egredi.

Quarta

72 Quarta difficultas est, quando persona receptantes, aut comitantes monialem illicitam egressam, incurrant has poenas. Breuiter respondeo, eas non incurritur, quae nullo pacto sunt causa egressus, nec vt monialis extra monasterium proficeret, sed eam recipiunt, aut comitantur post egressum, vt eius honori, & castitati consulant. Quia tantum abest, vt persona haec sint alicuius delicti rea, vt potius actum meritorium exerceant. Atque ita docent Nauar. comment. 4. n. 5. vers. *in quibus non primo de regularibus*. Grassus 1. p. decision. lib. 4. c. 23. n. 17. Azor tomo 1. institut. moralium. lib. 1. c. 8. quest. 1. fin. vers. 3. quare. Llamas in metodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 1. fin. Laelius Zecchius de Rep. ecclesiastica. tit. de regular. c. 3. n. 15. vers. 9. Thomas Zerola in praxi Episcopali, in 2. edit. p. 1. verb. *moniales*. ad 16. quaestum. dub. 1. Manuel *quest. regular. tomo 1. q. 49. ar. vltimo*. Subdit autem se non auctere excusare ab his poenis cognatos, qui nulla necessitate ducti, sed sola causa vitandi opprobrii, vel inuauitatem, vel causa amicitiae, aut cognationis id efficiunt. Sed melius Manuel dicit excusari ab his poenis, dummodo non fauent egressui, nec perseuerantia in illo; quod idem aperit sentit Llamas proxime allegatus: ait enim eos solos incurritur, qui ex comitatu, aut receptione cooperantur delicto. Et ratio est, quia excommunicationem latam in haereticorum receptores, illi soli incurritur qui receptant vt haereticos, id est, fiuendo aliquo modo haereti, vt diximus lib. 2. c. 10. num. 4. Ergo similiter illi soli receptatores, & comitantes his poenis subduntur, qui recipiunt monialem egressam, fauentes aliquo modo illius delicto.

73 Nec incurritur, qui quomodocumque receptant, aut comitantur moniales nouitias egressas. Quia motus proprius de solo egressu profestatum loquitur. Sic Nauar. eodem comment. 4. n. 47. vers. *circa quod in praesentia praetorio*. Thomas Zerola eodem verbo *moniales*, ad 16. quaestum, dub. 4.

74 Quinta difficultas est, an praedictis poenis ligentur Episcopi, & religiosi, & aliae personae in dignitate constitutae, comitantes aut recipientes moniales iniuste egressas, vel Episcopi illicitam egressum licentiam concedentes? Ratio dubitandi est, quia motus proprius praedictus dum poenis subicit comitantes, aut receptantes, sic ait; *nec non comitantes, ac illorum receptatras personas, siue laicas, aut seculares, vel ecclesiasticas*. vbi nullam Episcoporum, religiosorum, aut personarum in dignitate constitutarum mentionem fecit. At nomine clericorum in materia odiosa non comprehenduntur Episcopi, nec clerici in dignitate constituti, vt canonici Ecclesiae cathedralis, vt bene docent Abbas rubrica de vita, & honestate clericorum. n. 4. Rosella verbo *clericus*, statim in principio, vbi Angelus, Sylueller, & Tabiena, qui tres bene addunt, nec etiam comprehendi regulares, quia in omnibus his peculiaris qualitas in clericis communibus non existens reperitur. De Episcopis etiam concedentibus eam licentiam est specialis ratio dubitandi: nam *cognita periculo, de sententia excommunicationis*, in 6. decernitur, Episcopos nulla suspensione iure lata ligari, nisi in eadone illo fiat expressa eorum mentio; secus autem de excommunicatione. Ergo non incurritur eam officij suspensionem latam in eo motu proprio.

75 Verum existimo omnes hos comprehendi in excommunicatione lata contra receptantes, aut comitantes. Ducor, quod generaliter illi censura subicitur, vt personas comitantes, seu receptantes, & postea, ne quis se liberum ab hac censura estimaret, quod sit secularis, ecclesiasticus, aut consanguineus, expressit omnia ista, non quasi volens restringere, quod indefinitum, & generaliter de personis dixerat, sed volens ampliare, ne his pretextibus quisquam se ex usari existimaret. Episcopi etiam incurrent eam ab officio depositionem, si iniuste licentiam egressus concederent: quia expressam illorum mentionem facit motus proprius. Cum enim in princi-

pio dixisset, Episcopi, & superiores religionis esse licentiam egressus concedere, in fine hac censura afficiens in istam licentiam concedentes, dixit; *insuper tam egressas, quam praesentes, & alios superiores praedictos eius licentiam huiusmodi concedentes, & c.* ita illis verbis (superiores praedictos) comprehendit Episcopos, & superiores regulares, de quibus ante dixerat.

Vltima difficultas est, quis possit absolueret ab excommunicatione, & dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa, statutis in hoc motu proprio. Et quidem de excommunicatione manifestum est, a solo Pontifice eius absolutionem concedi posse: quia Pontifex tam sibi reseruat. Quod si occulta esset excommunicatio ea, possent vtique Episcopi ab ea absolueret virtute Trident. sess. 24. de reformatione, c. 6. vbi omnes casus occulti sibi conceduntur. Quamuis minus bene Laelius Zecchius de casibus reseruat. casu 10. num. 1. dicat, neque Episcopum posse ab hac excommunicatione occulta absolueret. Quia ait Cardinalis declarasse, non posse Episcopum virtute illius concessionis absolueret a casibus, quos post Tridentini publicationem sibi Pontifex reseruat, qualis est hic; & Thomas Zerola in praxi Episcop. 2. edit. verbo *moniales*, ad 8. quaestum, refert quendam modernum scribentem quendam conscientie questionem in Archiepiscopatu Bononiensi remissit emendit, dicitque se vidisse literas Cardinalis montis Elparij, in quibus idem affirmabat esse de mente Cardinalium. Ceterum idem non credo, quia cum in iis reseruationibus non fiat mentio decreti Tridentini, non censetur illi derogatum, iuxta ea quae dixi lib. 3. de matrim. disp. 16. num. 7. Insuper quia, etsi haereticus reseruat sit in Bullis Cene post Trident. multi, vt diximus lib. 2. c. 11. num. 2. tenent posse Episcopum ab illa, si occulta sit, absolueret, virtute eius decreti. Et quamuis alij negent, non dicuntur eo quod post id decretum reseruat sit, sed quia Pontifex declarat; & conlat exibi dictis. Praeterea quilibet confessarius potest absolueret ab illa excommunicatione, virtute cruciatu semel in vita, & semel in mortis articulo, quia expressis concedit hanc facultatem illis, quando censura sunt reseruat. Sic tradunt Sorbus in priuilegia Mendicantium, verbo *ingressus in monasteria monialium in suis annot. num. 11. vers. dico primum*, & Manuel in expositione motus proprii Pij V. contra feminas ingredientes in virorum monasteria, n. 33. qui bene etiam dicit cum Sorbo eodem n. 11. vers. *item pariter*, posse etiam religiosos nostrae Societatis Iesv, qui confessarij approbati sunt, absolueret toties, quoties ab ea. Quia Paulus III. concessit religiosis Societatis Iesv, vt haberent in compendio priuilegiarum eiusdem Societatis, §. 1. vt possent toties, quoties absolueret ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reseruat, & ab omnibus poenis, & censuris insurgentibus ex eis, praeterquam in contentis in Bulla Cene. Bene etiam dicunt posse per communicationem huius priuilegij fratres Minores absolueret ab ea eodem modo. Atque similiter idem dicendum est de omnibus aliis religiosis, qui Mendicantium priuilegij fruuntur. Quod si petas, quid dicendum sit, quando excommunicatione haec est deducta ad forum contentiosum, & sic denunciata, dicam c. 17. n. 41. & 43.

Specialis autem est difficultas de priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa. Manuel *qq. regularibus*, tomo 1. q. 24. ar. 17. late probat posse Prouinciales, & Generales religionum exemptarum dispensare: idque probat, quia habent iurisdictionem quali Episcopalem. At Episcopus potest dispensare in poenis iure laici ob adulterium, & alia crimina minus graui, dum non expressis reuertuntur; vt tradunt textus, & omnes scribes ibi. c. 1. §. clerici. §. de adulteris, de iudicis, & multi alij, quos refert, & sequitur Henricus lib. 1. q. 4. de irregularitate. c. 10. num. 2. quae omnia in hoc casu concurrunt; nam solum excommunicationis poenam reseruat sibi Pontifex: & monialem egredi monasterio, quod soli iuri humano ad-

77

curatur,



uerfatur, minus graue crimen adulterio est. Sed Graffius 1. p. d. d. s. i. m. 2. n. 22. negat posse superiores religionum, quamuis delictum esset occultum: & ipsemet Manuel micitis loquitur in expositione motus proprii, vt referemus n. sequenti.

78 Sed cum nos tenuerimus n. 65. penam hanc non incurri absque iudicis sententia, non potest dari casus, quod res sic occulta, sententia ad forum contentiosum deducta sit, iudicisque sententia accesserit. Quare existimo, nec Episcopo, nec his superioribus integrum esse in hac inhabilitate, & priuatione a Pontifice inducta, ac sententia iudicis decreta dispensare. Si autem teneremus eam absque aliqua sententia incuti, tunc, existente facto occulto, possent superiores hi dispensare. Quia in inhabilitate contracta ob delictum occultum, potest Episcopus dispensare cum sibi subditis virtute Trident. sess. 24. de reformat. c. 6. vt bene tradit Henriquez lib. 13. de excommunicatione. c. 16. n. 1. qua facultate gaudent omnes Generales, & Prouinciales, & superiores locales ordinum mendicantium, & fruuntur eorum priuilegiis per motum proprium Pij V. cuius verba refert Manuel qq. regularium tomo 1. q. 61. ar. 9. vbi concessit omnibus superioribus D. Dominici, & consequenter omnium ordinum mendicantium, & fruuntur eorum priuilegiis, vt gaudent prius eadem facultate erga alios regulares subditos, qua gaudent Episcopi virtute Trident. sess. 24. c. 6. de reformat. Et in propriis terminis docet Manuel in expositione motus proprii Pij V. contra feminas ingredienties monasteria virorum, num. 36. & Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteria monialium. n. 11. vbi dicitur, posse Episcopos virtute eius decreti in hoc dispensare, & predictos superiores regulares. Et quamuis vtrique loquatur de Prouincialibus horum ordinum: at motus proprius expresse loquitur etiam de superioribus localibus. Idque iure optimo, quia hi quoque quasi iurisdictionem Episcopalem in suos subditos habent, vt probauit lib. 8. de matrimonio. disputat. 3. num. 9. At nequeunt superiores hi religionis hanc facultatem delegare, vt bene docent Manuel eodem n. 36. & Sorbus ibidem, quia Pius V. in eo priuilegio expresse dicit, vt per se ipsos id possint. At virtute Bullae cruciatæ non possunt confessoribus in his dispensare: quia solam absolutionem a censuris eis concedit. At priuatio hac, vt constat ex eorum significatione, vbi deciditur, nomine censuræ solum comprehendit excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Et ita docent Sorbus ibid. vbi dicitur 3. & Manuel in eadem expositione motus proprii, num. 35. vbi subdit cum Sorbo ibid. vbi dicitur, vt notandum est, per amplissimam concessionem Eugenij IV. fratribus Minoribus, posse eos a suis confessoribus per Praelatos deputatis ab hac, & similibus inhabilitatibus absolui semel in vita, dummodo integro anno recitent qualibet hebdomada semel psalmos penitentiae cum suis litanis: quod si legitimo impedimento aliqua hebdomada omiserint, debent recitare hebdomada anni sequentis. Quod priuilegium refert compendium priuilegiorum Mendicantium, verbo absolutio extraordinaria quoad fratres, §. 3. & 4. Immo & per priuilegia concedentia absolutionem ab omnibus casibus referuatis, & a censuris, & penis consurgentibus ex eis, possent confessorius habens tale priuilegium absolueri in foro conscientiae a predictis priuationibus, & inhabilitatibus, vt diximus num. 76. quia predictæ priuationes, & inhabilitates sunt penæ impostæ contra violatores predicti decreti.

CAPVT XVI.

De clausura monialium quoad ingressum culumque personarum in earum monasteria.

Quat. quæstiones disputanda sint. num. 1. Proponuntur textus, quibus ingressus in monasteria interdicitur. n. 2. An Reges, Regine, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij hanc prohibitionem comprehendantur? n. 3. An pueri possint intra monialis claustra recipi? referuntur quædam sententia. n. 4. Sententia auctoris, & quid in dubio an habeant, vsus rationis? n. 5. 6. & 7. Quid de amentibus? n. 8. An moniali iter agenti, aut legitime extra monasterium existenti interdicitur sit ingressus in aliud, vel eiusdem, vel diuersi ordinis monasterium? referuntur quædam sententia. num. 9. Sententia auctoris. n. 10. Quid nomine monasterij monialium contineatur, vt illic ingredi non liceat, & an liceat moniales, & seculares esse simul, ita vt neutra clausuram violat? n. 11.

QVINTUPLEX est disputanda quæstio. Prima. Quibus personis hic ingressus interdicitur, & quid nomine monasterij monialium intelligatur. Secunda. Cuius sit licentiam ad hunc ingressum concedere. Tertia. Qualis debeat esse hæc licentia, & an cuius iustitiam indiget, & que sit illa. Quarta. Que censuræ late sint in ingredienties extra casus permittos, & in moniales adnigrantes, & quis possit absolueri, aut in eis dispensare. Vltima. An non solum ingredi, sed etiam accedere ad monialium monasteria causa esse inuisendi, ac eas alloqui, siue scribere, sit iure interdictum.

QVÆSTIO prima. Quibus personis interdicitur ingressus in monasteria monialium, & quid nomine huiusmodi monasterij intelligatur. Præmittendum est, ingressum hunc interdictum esse cap. periculoso in princip. de statu regular. in 6. ibi. Nulli aliquatenus in honeste persona, nec etiam honeste (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, nec etiam honeste ad quem pertinuerit specialis licentia) ingressus, vel accessus patet. ad eandem. moniales. Quod decretum addens excommunicationem innouat Tridentinum sess. 25. de regular. c. 5. ibi. Ingredi intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel etatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obuenta, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda. Dicit autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis. Et idem confirmat Gregorius XII. in quodam motu proprio, qui incipit; Vbi gratie, edito anno 1575. Idibus Iuniis, ibi; & alias penas aliter ingredienti- bus, & monialibus, que ingredientem admittunt, cuius verba referemus de eius intellectu disputantes infra n. 70. & Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; Quia pastoralis, innouauit, & confirmauit omnia contenta in dicto cap. periculoso, & consequenter hanc prohibitionem.

Vtrum vero in hac prohibitionem comprehendantur Reges, Regine, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij, & eorum, dicendum est non comprehendunt, vt in simili dicitur c. sequenti. n. 5. dum fermo erit de ingressu familiarum in monasteria virorum. Ratio est, quia Gregorius XIII. in citato motu proprio, postquam dixit personas cuiuscumque conditionis ac prohibitionem comprehendit, addit id esse verum, licet illæ personæ comitissæ sint. Quo loquendi modo satis clarè significatur, ac prohibitionem non tenent personas status multo altioris, & Tridentinum, dum vitur eodem modo loquendi, nomine personarum cuiuscumque generis, aut conditionis, non comprehendit personas tantæ notæ, sicut dicit, cuiuscumque etatis, non comprehendit infantes, vt dicitur n. sequenti.

Circa hæc ergo prohibitionem prima difficultas est, an infantes nondum rationis vsu adepti, possint in monialium monasteria admitti? Non dubitamus, an ipsi ingredi-

ingrediendo peccent, quamuis auctores hoc confundant: cum enim rationis vsu careant, nec peccati, nec censuræ contrahendæ participes esse possunt. Sed quod in dubium vertitur, est, an moniales hos intra monasterij claustra admittentes, vel quicumque alij, qui huius ingressus causa sunt, peccent in hanc prohibitionem. Et videtur peccare, quia Tridentinum c. 5. dicit; cuiuscumque conditionis, sexus, vel etatis. Pius Tuscus de vniuersitate, & virgine Ecclesiarum. lib. 2. c. 19. n. 25. dicit esse strictam interpretationem Doctorum asserentium posse infantes admitti.

Verum dicendum est, prædictam prohibitionem minime ad pueros nondum rationis vsu adeptos extendi, ac proinde nullius culpæ reos esse, qui causa eorum ingressus in monialium monasteria sunt. Ducor, quod etiam textus Tridentini videatur prima facie eos comprehendere sub illa vniuersali, cuiuscumque etatis: at si mens Conclij perpendatur, eos tamen solos videtur comprehendere, qui vsu rationis nati sunt. Quippe eius prohibitionis finis est, ne pax monialium perturbetur, incitenturque ad peccandum. Quod non contingit ex solo infantium ingressu. Atque ita docent Nauarrus summa. c. 28. addit. 2. ad numerum 143. c. 15. & comment. 4. num. 59. vers. 15. quæritur. Corduba summa. q. 60. fin. quamuis in 2. editione aliquantulum titubet, dicens videri hanc prohibitionem de his quoque intelligi. Henriquez lib. 4. de penitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M. & lib. 13. de excommunicatione. c. 43. n. 3. in comment. littera S. Manuel in expositione motus proprii Pij V. interdicentis ingressum mulierum in monasteria virorum, & qq. regularibus. tomo 1. q. 46. ar. 1. Sorbus in priuilegio Mendicantium. 2. p. verbo ingressus in monialium monialium, in suis annotationibus. n. 2. Thomas Zerola in praxi Episcopali. 2. edit. p. 1. verbo moniales, ad 8. quæstionem, vers. 4. ad finem. Azor tom. 1. institutio moralium. lib. 13. c. 8. q. 5. Llamas in metodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 8.

Quidam tamen ex his Doctoribus censent, non licere ingressum puellarum sex annos excedentium, secus si eos non excedant, quia contenti priores vsu rationis iam potiri. Sic Manuel in eo motu proprio, n. 12. Sorbus allegatus num. præcedenti. Alij dicunt licere, donec octo annos adimpleant, secus si post; sic Llamas allegatus num. præced. Alij dicunt licere vsque ad septennium, secus post; sic Corduba n. præced. allegatus. Sed cum quandoque vsus rationis ante septennium contingat, & quandoque post, cautius loquuntur auctores, dicentes hanc prohibitionem non ligare pueros, donec rationis vsu adipiscantur, quod antea nec culpæ, nec ad peccatum incitant: capaces sint. Et ita loquitur Nauarrus vtroque loco, Henriquez vtroque loco, Thomas Zerola, allegati nam. præced. Manuel quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. ar. 1. Qui ne nisi ignorantia excusentur pueri rationis vsu iam nati, peccabant mortaliter, & incurrent excommunicationem ingrediendo hæc monasteria, vt bene tradit Henriquez lib. 4. de penitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M. quia, vt probauit lib. 1. huius tractatus. c. 12. n. 8. incurrunt hi excommunicationem facientes actum sub illa interdictum.

In dubio autem, an pueri habeant rationis vsu necne, sic distinguendum est. Si septennes sint, comprehenduntur hæc prohibitionem, secus si nondum septennes. Ducor, quod cum vsus rationis communiter septennio completo accidat, is in dubio ante eam etatem non præsumitur, secus post, vt probauit lib. 1. de matrim. disput. 16. n. 10. & 11.

Secunda difficultas est, an amentes sub hac prohibitionem contineantur? Videtur enim minime comprehendendi, cum rationis vsu careant, instar infantum. Azor tomo 1. instit. moralium. lib. 13. c. 8. q. 5. relata opinione dicit eos puberes factos comprehendit sub dicta prohibitionem, ait; si hæc sententia intelligatur de amentibus, nunquam rationis vsu vrentibus, idem iuris videtur esse

de illis, ac de infantibus, quia vtrique nec peccati, nec excommunicationis participes esse possunt. Quare dicit eam sententiam locum habere in amentibus lucida intervalla habentibus, quia peccare queunt, & excommunicationi subiacent. Sed tandem sententiam, quam verissimam reputo, amplectitur, dicens hos comprehendendos, si pubertatem nati sint, sub hac prohibitionem. Quamuis enim ipsi culpæ incapaces sint, eam tamen incurrent qui eorum ingressus causa fiunt, vt potest qui prohibitioni huic contraueniant. Ratio est, quia hi ad peccatum incitare queunt, occasionem peccandi aliis præbendo, tumultum excitare, perturbare moniales, turpiter iocari, loqui iustitia, iocosa, & vana, & alia id genus plurima, religionis honestati, & decentiæ valde diffusa. Atque ita docent Nauarrus comm. 4. n. 155. vers. 15. quæritur. Manuel vtroque loco, Llamas, & Thomas Zerola vbi n. 5. allegati sunt.

Tertia difficultas est, an interdictus sit hic ingressus moniali ex legitima licentia egressæ a suo, vt si transferatur ad aliud monasterium? Llamas in metodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 11. ait licitum esse, hanc monialem iter agentem admittere in hospitium cuiuscumque monasterij, siue eiusdem, siue alterius ordinis, quod hoc non sit contra clausuram. Immo cum sit valde decens honestati monialis egressæ, credendum est, mentem Pontificum ingressum interdicentium hanc fuisse.

Ceterum quadruplex casus distinguendus est. Primus est, quando monialis eiusdem ordinis, & habitus iter agens accederet in hospitium admittenda. Et tunc existimo veram esse præcedentem sententiam, atque ad eam nulla alia causa, nec petita superioris licentia integrum esse Abbatissæ hanc monialem admittere, cum non censetur extranea, cum sit eiusdem ordinis, & habitus. Arque ideo prohibito ingressu personarum extranearum in monialium monasteria, qualis est ista, nõ comprehendit hanc monialem. Secundus casus est, quando in aliqua peculiari domo esset, atque sanitate recuperaret, velletque gratiæ animi recreandi, aut moniales inuisendi, ingredi aliud monasterium eiusdem ordinis, vel habitus, quod eo in loco esset. Et tunc idem credo, quod in casu præcedenti, propter rationem in eo traditam. Tertius est, quando iter agendo, non esset monasterium eiusdem ordinis, vel habitus in eo loco, aut sit esset, moniales nollet eam admittere, nec reperiretur domus, in qua commodè noctem ducere posset. Et tunc existimo legitimum esse causam, vt ex Prælati superioris illius monasterij licentia, quod diuersi ordinis, aut habitus est, possit intra illud, in hospitium admitti, quia religiosa charitas, quam inter personas religiosas maxime decet esse, honestasque status monialis illius id petit. At absque prædicta licentia id non liceret, quia cum diuersi ordinis monialis sit, est reuera respectu illius monasterij extranea. Vltimus casus est, quando solum gratiæ animi recreandi, aut monialis cognatæ inuisendæ, vellet illud diuersi ordinis, aut habitus monasterium ingredi. Et tunc non existimo esse iustam ingressus causam, nec superiorem posse ex hac causa licentiam concedere, quod reuera sit respectu illius monasterij extranea. Quare sicut respectu aliarum personarum extranearum, hæc non est iusta causa; ita nec respectu huius monialis, eo vel maxime quod per cancellorum fenestellam, aut crates monasterij potest cognatam inuisere, & alloqui.

Quarta difficultas est, quid nomine monasterij monialium comprehendatur, quando interdicitur hic ingressus. Breuiter respondetur, idem profus dicendum esse, quod diximus c. præced. n. 6. vsque ad n. 9. de limitibus, quos egredi non est permittum monialibus: si enim intra illos limites ingrediatur extraneus, aduersatur huic ingressu prohibitioni, secus si eam solum patret ingrediatur, ad quam monialibus exire permittum non est, quia, vt optime ait Manuel quæst. regular. tomo 1. quæst. 46.